

Dewis 6m


hann Conrad
ctus. et Consil.



ARESTA AMORVM

LII.

Accuratissimis Benedicti Curtii Symphoriani commentariis ad vtriusque iuris rationem, forensiúmque actionum vsum quàm acutissime accommodata.

PARISIIS,

Apud Iacôbum Keruer, sub duobus Gallis, via Iacobæa.

1555.

D. MAVRICIO BVLLIODO SENATORI *Parisiensi, viro doctissimo æquissimóque, Benedictus Curtius Symphorianus.*

S. D.

CHRYSIPPVS, quemadmodum memoriæ prodidit Aulus Gellius in his libris, quos περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς inscripsit, Iustitiam antiquioribus rhetoribus, atq; pictoribus depingi ad hũc propè modum solitã, vir præstantissime, scribit, Videlicet forma, ac filo virginali, aspectu vehementi, & formidabili, luminibus oculorum acribus, neque humilis, neque atrocis, sed reuerendæ cuiusdam tristitiæ dignitate. Ex cuius imaginis significatione intelligi voluit, iudicem oportere esse grauẽ, sanctum, seuerum, incorruptũ, inadulabilem, contraque improbos, nocentesque immisericordem, atque inexorabilem, erectumque, & arduum, atque potentem vi, & maiestate æquitatis ac veritatis

terrificum. Quæ quidem omnia ex ipsius imaginis denotatione, sed & multa ex illius effigie præ te fers. Quibus omnibus, nedum horũ aliquo erga me vti te, quin etiam rogarim in his meis Commentariis, quos in Amorũ Aresta tuo auspicio in publicum emisi: ab obtrectantium calumniis defendi, protegique velim. Sunt etenim in his pleraque censoria nota reprehensuque digna, quæ non modò antistes Iustitiæ, vt tu in amplissima Parisiorum Lutetiæ curia es, verùm thesmotheta carpere possit. Primùm eloquentiam, crebram tum legum, atque capitũ, & cæterorum vltra aleam iurisconsultorum citatam authoritatem. Nõnunquam etiam quòd in amore iocatus sim lasciuiente calamo. Sæpius autem ab opinione iurisperitorum recentium dissensi, in quibus his omnibus, aut saltem pluribus, est aliquid quod conspectus iustitiæ tuæ, & dignitatis non cum reuerenda tristitia terrificus, verùm humilis, & facundæ authoritatis me condonare possit, atque etiam quod defendere possim. Eloquentiam verò præstare in scholiis legalibus, nedum in cæteris commẽtariis, ac rebus

aliis perrari eſt hominis, quam ipſe itidem præſtare neque polliceor, neque ita temerarius ſum, vti id iactitem, ac confidam: quinetiam parũ Latina inſerui, quæ ipſa Latinitas, in ſuo tribunali ſedẽs, vix probare poterit, nec ipſius linguæ critici. Verùm neotericis iuriſprudẽtiæ authoribus morẽ in nonnullis geſsiſſe me oportuit, ne ſi aliter à me ſcripta, translataque forent, parum ab omnibus intelligerentur: tum præſertim quòd interpretem nõ obſcurum, ſed clarum, & aperientem eſſe deceat, ne dum gryphos elucidat, gryphis ipſis obſcurior ſit: vtpote obſcura obſcuris nectẽs: vt mihi denique culpam deprecari, quàm ipſa carere idoneũ magis viſum ſit. In coaceruandis verò ad vnius rei tam legũ, quàm capitum opinionibus & cæterorum authoritatem & cõprobationem, id cũ noſtratibus leguleis feci, quorum præcipua inter eos laus eſt, ad vnam rem, parum nonnunquam difficilem (etſi in idem recidant) congerere ſententias, ſurſum ac deorſum vagantes. Hoc autẽ eſt diui Hieronymi ad Ruffinum authoritate, qui commẽtatoris officium eſſe ait, multorum ſententias pone-

re,& materiam è materia ſerere. Quod parcius à me obſeruatum eſt, veritus libri menſuram, ne ita vſque ad faſtidij neceſſitatem volumen extenderetur: ne etiam lectori nauſeam excitarem, & eius animum vulnerarem. E noſtris verò iuriſperitis in iure ciuili Bartholum, & Paulum Caſtrenſem ſelegi, ꝙ is præcipuus inter recentes vno omnium ore habeatur, acclameturque: alter planè facilior & enucleatior. In iure põtificio Nicolaum Tudiſcum, Abbatem Panhormitanũ, & Petrum Ancharanum, Zabarellamque cum cæteris iuris Cæſarei & Pontificij gloſſematicis: à quorum ſentẽtia ſæpe ego diſceſsi, nec enim in alicuius verba iureiurando adactus ſum. Quamobrem rem permoleſtam feciſſe aliquibus non ſum neſcius, quibus etiam ſuum iudicium reliqui. Diiudicabit bonus, æquusq; lector: diiudicabũt etiam qui poſt nos venient. Quòd autem è penu promptuaria cæterorum authorum plura congeſsi, id cum Martiano, Celſo, Marcello & aliis antiquis Romanis iuriſconſultis feci. Neque enim ita præcisè, circunciſeq; commentationem noſtrã facere, & ſicco pede ve-

ſtigiis legum interpretum inhærere voluí:ſed acceſsione aliqua noſtrorum opiniones cum aliquo oble&tamento adiuuare. Cæterũ plura adiici potuiſſe ingenuè profiteor,quę in pręſentiarum omittere partim breuitatis gratia(quæ mirum in modũ animos delectat) malui:partim etiam,quòd ſatis abunde ſufficit,ſi vel in paucis amici laboribus conſulatur,vt ad Octauiam Diocletianus,& Maxi. Cæſares teſtati ſunt. Multa inſuper in amoris prærogatiuam ſcripſi,quæ vel Momus iuriſprudentiæ aliquis,etiam citra crepidã reprehendere poſsit. Idque cum autore ipſo iocatus ſum, etiam iuueniliter plerunque extra rem,dum enarrandis his amorum Areſtis inhio. Neque amores meos,& ineptias patefeci,ꝙ fecerunt viri grauiſsimi Hortenſius,Seruius Sulpitius,etiam iuriſconſultus. Q. Scęuola,M. Brutus,diuus Auguſtus, Plinio ſecundo authore:inſuper & Nerua,&Hadrianus, referente Spartiano: prætereo Philoſophos multos. Et hæc quidem poſt impetratam ſtudij mei legalis veniam, quum iam me Lutetiam Pariſiorũ contuliſſem, ferendis Areſtis imam aurem vellens in

Basilica incumberem. Hęc enim quantulacunque sint, tibi optimè Senator offero, propter meam erga te obseruantiam, ꝗ etiam optimum te semper censorem existimauerim: tum etiam ꝗ si me parum prudentem interpretem ac nocētem deprehenderis, ex sanctissimo amicitiæ genio erga omnes tuo veniam erga te mereri confidam. Quę si ille tuus virginalis aspectus ferre non posſit, saltem illa familiaritas multarum academiarum, quę non leuis esse consueuit, Fabio Quintiliano authore. At si cōtrà hæc mea in aliquibus comprobes, te iudice patronorum, aduocatorum, pragmaticorumque, necnon subscriptorum omnium, & aliorum quorumcunque, calumnias, inuidiā, suggillationes, ac tricas parui faciā. Hæc sunt præterea studij legalis mei primi labores, & fructus, quos ideo prompta, vt aiunt, manu accipere debes, sicut nec Deus agricolarum primitias, qualescunque sint, contēnit. Offert enim vnusquisque quod habet: aurum hic, argentum alius, byssum, pelles, caprarum pilos: mecū bene erit, si hos commentarios hilarè receperis: ꝗ nunc aliud non habeam, quod offeram. Vale.

IOANNIS CANAPPERII MEDICI PARISIENSIS.

Quintus Alexandri res gestas, noster amoris
Iura, omni præstans Curtius arte refert.
Cui Mars indiderat nomẽ: prior ille terendũ
Hoc opus omnigenis ediderat manibus.
Docte tua sed Curti opera Latiale volumen
Effectum est, doctis charta legenda viris.
Quicquid enim rhetor, medicꝰ iurísque peritꝰ,
Philosophus, vates, Curtius vnus habet.
Hæc igitur solers eme commentaria lector,
Sic modico immensas ære parabis opes.

IANI GVTTANI, SYMPHORIANI INTERPRETIS É SORORE NEPOTIS.

LIBER LOQVITVR.

Immensum tractet ciuilia iura volumen,
Te lector tanto nolo labore premi.
Nostra leueis caussas, & iurgia ludat amãtũ
Charta, mei partes semper amoris agam.
Disce meas lites agitare, vt læsus amator
His dominam poßis legibus arguere.
Bartolus immensa docuit farragine leges,
At quales nescit det truculentus amor.
Ne quid sit dubij, scholijs curauit apertis
Curtius, vt noscas quàm bene cultus eat.
Si non materia, possum breuitate placere:
Quanquam si spectes, lector, vtrũque dabo.

AVTHORVM NOMINA,

quorum testimonio author vsus est in his scholijs: eo videlicet ordine, vt primũ Græci, pòst Latini: dein vulgares, & inter hos omnes primùm Theologi, pòst Philosophi, Medici, Historiographi, Oratores, & omnes qui oratione soluta scripserunt: postremùm Poëtæ locati sunt.

Gregorius Nyssenus
Basilius Magnus
Ioan. Damascenus
Ioann. Chrysostomus
Athanasius
Iustinus Martyr
Cyrillus
Vulgarius
Plato
Aristoteles
Xenophon
Theophrastus
Plotinus
Lucianus
Epictetus
Hierocles
Alexander Aphrodiseus
Onosander
Maximus Tyrius
P. Mimus
Hippocrates
Galenus
Paulus Aegineta
Dioscorides
Herodotus
Thucydides
Pausanias
Plutarchus
Dion
Polybius
Athenæus
Dionysius Halicarnassæus

Diodorus Siculus
Suidas
Ctesias
Aelianus
Appianus
Herodianus
Procopius
Agathius
Arrianus
Strabo
Diogenes Laërtius
Iosephus
Egesyppus
Eusebius
Sozomenus
Philostratus
Horus Apollo
Aesopus
Demosthenes
Isocrates
Aphthonius
Homerus
Hesiodus
Theocritus
Euripides
Aristophanes
Musęus
Archias
Pallas
Paulus Silentiarius

LATINI

Irenęus
Lactantius Firmianus
Cyprianus
Tertullianus
Hilarius
Hieronymus
Aurelius Augustinus.
Ruffinus
Paulinus
Clemens
Leo S. Pont.
Ambrosius
Io. Francisc. Picus
Matthæus Bossus
Mapheus Vegius
Laurētius Iustinianus
Boëtius
L. Apuleius
Seneca
Cassiodorus

Martianus Capella
Censorinus
Marsilius Ficinus
Theodorus Gaza
Christophorus Lãdinus
Georgius Valla
Pomponius Gauricus
Cornelius Celsus
Auicenna
Crispus Sallustius
Caius Iul. Cæsar
Cornelius Nepos
Titus Liuius
L. Florus
S. Aurelius Victor
Qu. Curtius
Valerius Maximus
Velleius Paterculus.
Iustinus
Paulus Orosius
Suetonius Trãquillus
Cornelius Tacitus
Spartianus
Ael. Lampridius
Vopiscus
Capitolinus
Ammianus Marcellinus
Bartholomęus Platina
Sabellicus
Robertus Gaguinus
M. Tullius Cicero
Seruius Sulpitius
Lepidius
Plinius Secundus
Plinius Cecilius
Aulus Gellius
Aurelius Macrobius
M. Cato
M. Varro
L. Columella
Higinus
Iulius Solinus
Pomponius Mela
Sidonius Apollinaris

Fulgentius Placiades
Vitruuius
Vegetius
Modestus
Cornificinus
Fab. Quintilianus
Fortunatianus
M. Fab. Victorinus
Guliel. Budæus
Hermolaus Barbarus
Desiderius Erasm⁹ Roteroda.
Philippus Beroaldus
Iodocus Badius
Franciscus Barbarus
Leo Baptista Albertus
L. Antonius Pantheus
M. Vipera
Marinus Beeichemus.
Antonius Faber
Ludouicus Cælius
Petrus Crinitus
Alexander ab Alexandro
Antonius Panhormitanus
Leonardus Portius
Polydorus Vergilius
Nicolaus Horius
Christo. Hegendorphinus
Diomedes
Seruius Honoratus
Aelius Donatus
Priscianus
Agrætius
Acron
Porphyrio
Nonius Marcellus
Festus Pompeius
Asconius Pedianus
Laurentius Valla.
Plautus
Terentius
Lucretius
Virgilius

Lucanus
Silius Italicus
Papinius Statius
Valerius Flaccus
M.Manlius
Claudianus
Iuuenalis
Horatius
Prosper
Aurelius Pruden-
tius
Valer.Martialis
Ausonius
Tibullus
Catullus
Propertius
Cornelius Gallus
Ouidius
Nemesianus
Claudius Rutilius
Architrenius
I.Iouianus Ponta-
nus
Mich.Marullus
Hierony.Angeria-
nus
Angelus Politia-
nus
Ioan. Anto. Cam-
panus
A.Augurellus
Franciscus Philel-
phus
Ludo.Bigus Pisto-
rius
Strozij pater & fi-
lius
Elisius Calentius
Pamphilus Saxus
Lancinus Curtius
Pacificus
M.Anto.Flaminius
Platinus Platus
D.Pall.Soranus
Georgius Ansel-
mus
Zambertus
P.Faustus
Petrus Leo
Bartholomæus
Crottus
Franciscus Iustulus
Quintianus Stoa
Fran. Vall. Sermo-

Lydius Cattus
Benedictus Iouius
Philippus Vagnonus
Antonius Cornazanus
Bernardinus Bocatius
Iacobus Constantius
Andreas Maro
Franciscus Seranus
Hermicus
Michaël Varinus
Salmonius Macrinus
Bartholomæus Lochiensis
Monsmoretanus
Ioan. Rauisius Textor
Remaclus

Ianus Pannonius
Vrsinus Velius
Euricius Cordus
Ottomarus Luscinius
Henricus Bebelius
Petrus Bembus
Marius Equicola
Iacobus Cauiceus
Frãciscus Columna
Alexander Velutellus
Dantes Aagherus
Franc. Petrarcha
Laurent. Medices
Ioannes Mena
Guilielmus Iorris
Ioan. Clopinellus
Alanus Auriga
Guilielmus Cretinus.

FINIS.

BENEDICTI CVRTII SYMPHORIANI IN ARESTA AMORVM COMMENT.



Ene erit iuxta Vlpiani ſententiam in l.1.ff. de reb. cred. priusquam ad areſtorum deueniamus explanationẽ,pau ca de ipſius vocabuli ſignificatione dicere. Vtque cum Cicerone loquamur (quia omnis diſputatio de Areſtis futura eſt) antè diffinire libet,quid ſit Areſtum. Nã, vt ait Galenus in libello artis medicinalis,Ex diffinitiõe enim ſufficiẽter omnia memoriæ commendantur. Et eſt igitur Areſtum curiæ ampliſſimæ, ſiue ſenatus ſententia. Qua voce Græcè placita ſignificãtur:debetq; per vnicum r, ſcribi:cuius quidem interpretationis Gulielmus Budæus,totius Galliæ, ac literaturæ Græcanicæ præcipuum decus, nos primus admonuit. *Areſtũ.*

ENuiron la fin de Septembre,
Que faillent violettes, & flours:
Ie me trouuay en la grand' chambre
Du noble parlement D'amours.
Et aduint si bien qu'on vouloit,
Les derniers arrestz prononcer:
Et que à ceste heure on appelloit
Le greffier, pour les commencer.

Author huius libri cognitor fuit senatus Parisiensis, nomine Martialis, origine Aruernus, cuius extant alia opera rhythmis Gallicanis, vt sunt Vigiliæ Caroli VII. in quibus Britannorũ ex regno ab ipso facta expulsio describitur. Quarũ lectio per aratores decantata, tanti apud Gallos est, quanti Catulli Lesbiæ passeris deploratio apud omneis. Sunt præterea eius Matutinales ad diuam Mariam deprecationes. Describit autem hîc & tempus, & locum in quo ius redditum sit: qui locus IVS dicitur, appellatione collata ab eo quod fit, in eo vbi fit. Quem locum determinare possumus, vbicunq; prætor salua maiestate imperii sui, saluoque more maiorum, ius dicere constituit, is locus rectè Ius appellatur. l. pen. ff. de inst. & iur. Qui quidem locus ea significatio-

Ius vbi reddi debeat.

ne extenditur, etsi domi, aut in itinere ius reddatur. l. voluit. §. fin. ff. de inter. act. Quæ sententia paulò seueritatem tribunalis diminuit. Nisi hæc interogatoriis tantum locum sibi vendicet, aut in confessionibus iudiciariis, vt titulus & materia exposcit. Ni etiam sententia ex periculo, quin potius ex breuiculo recitanda sit, iudice curru tracto, aut equo insidéte. Bart. in. l. 1. C. de sent. ex bre. reci. Sed & sententia in non publico lata, nõ valet. l. cùm sententiam. C. de senten. & interl. Sententia quippe in ea ciuitate ferenda in dubio est, vbi factum sit cõpromissum. l. si cùm dies. §. si arbiter. ff. de recep. arb. Possunt tamẽ iudices delegati, & qui certum tribunal non habent, seligere, quem maluerint. Dum tamen honestum. argumento d. l. si cùm dies. §. sed & si. Accursius. Paul. Castr. in d. l. cùm sententiam. hic in l. fi. ff. de iur. om. iud. Bartol. in d. l. 1. Panor. in c. P. & G. de offic. delegati. Si verò non sit locus comprehensus, debẽt iudicare vbi cõsuetum sit. l. si locus. ff. de iudic. Verùm quid si partes consentiant, vt non in loco maiorũ ius reddatur? Bart. in d. l. penult. id posse arbitratur. argum.

Sententia in publico non lata, nõ valet.

Sententia ferẽda est in ea ciuitate, vbi factũ est compromissum.

Delegati iudices vbi debeãt ferre sententiam.

d.§.si arbiter.Panor.in d.c.P. & G.sicuti possunt arctatum à delegãte prorogare. l.cùm non ex eo.C.quando prou.non est nec.in qua Accurs.& etiam locum. l. vinum.ff.de reb. cred. l. quæro. ff. de sol. Quum idoneè arguant nostri Iurisconsulti de tempore ad locum: vel è contrario.Bart.Paul.in d.l.vinum.nunquid etiã possint assentire partes, vt extra territoriũ ius dicatur? cùm extra illud sententia lata non valeat.l.fi.ff.de iur.om.iudic.c.fi.de constit.in 6.Bartol.in d.l. penult. id posse dicit.Paul.tamen in d.l.fi. in ordinario non arbitratur:cùm locum certum maiorum habeat,quod in delegato secus est.Idem Paul.in.d.l.quæro.In d. tamen l.fin.id posse fieri dicit in omnibus iudicibus expresso partium consensu. Quum in cæteris prorogationibus satis sit tacito.c.statutum.§.illo.de rescript. in 6. Idẽ in l.si qui ex consensu.C.de epis.aud.Panor.in d.c.P.& G.qui cum Paul.addit,vt iudex alterius territorij consentiat.c.vt litigantes.eo.tit.in 6.Idem in c.nouit.col. 2.de offic.deleg Vide Anch.in c.fi.de cõstit.in 6.An verò iudex inter iudicandum debeat sedere,vide in c.fi.de re iudicata.

Sẽtentia extra territoriũ lata nõ valet.

Iudex inter iudicandũ an sedere debeat.

in 6. & ibi Ioan. And. Bart. in dict. l. 1. Et quid si id non possit ob infirmitatem? Ad hanc verò rem Plautus in Mostellaria: Nimio plus sapio sedens. Varro lib. 1. de Re rustica, commune prouerbium Romanorum esse dicit: Romanus sedendo vincit. De quo Polydorus Vergilius nu. 113. Quòd fecisse Carolũ 5. annales Gallici prodiderũt. Sedere insuper teste Seruio in 9. ex Plauto consilium capere est. *Sedere.*

Si estoyent illec bien,
A les rapporter, & auoir.
Au millieu desquelz ie me assis,
Pour en faire comme eulx deuoir.
Le President tout de drap d'or
Auoit robbe fourree d'ermines:
Et sur le col vn camail d'or,
Tout couuert d'esmeraudes fines.
Les seigneurs lais pour vestement,
Auoyent robbes de vermeil,
Frangees par hault de dyamans,
Reluysans comme le soleil.
Les autres conseilliers d'eglise,
Estoyent vestuz de veloux pers,
A grand fueillage de Venisse,
Bordez à lendroit, & lenuers.
Dessus si auoyent leurs manteaux

Tant de grosses perles barrez,
Fermantz à moult riches fermeaux,
Et puis leurs chapperons fourrez.
Apres y auoit les deesses,
En moult grand triumphe, & honneur:
Toutes legistes, & clergesses,
Qui scauoyent le decret par cueur:
Toutes estoyent vestues de verd,
Fourrés de penne de letisses.
Et auoyent leur col tout couuert,
De colliers d'or, gents & propices.
Puis portoyent attours à ces fins,
Moult excellens, & precieulx:
Qui estoyent si deliez & fins,
Que on veoit leurs beaulx cheueulx.
Leurs habitz sentoyent le cypres,
Et le muscz si abondamment,
Que lon n'eust sceu estre au plus pres,
Sans esternuer largement.
Oultre plus en lieu d'herbe verd,
Qu'on ha accoustumé d'espendre,
Tout le parquet estoit couuert,
De rosmarins, & de lauande.
Plusieurs amantz & amoureux,
Illec vindrent de diuers lieux,
Et d'amantz courroucez ioyeulx.
Par derriere les bancz i'en vis,

Qui lesdictz arrestz escoutoyent.
Dont leurs cueurs estoyent tant rauis,
Qu'ilz ne scauoyent, ou ilz estoyent.
Les vns de paour serroyent leurs dens:
Les autres esmeuz & ardantz,
Tremblans comme la fueille en l'arbre.
Nul n'est si sage ne parfaict,
Que quand il oyt son iugement,
Qu'il ne soit à moytié deffaict,
Et troublé à l'entendement.

Ouidius in 1. Metamorphoseos ostédit iudicem timendum his verbis: Nec supplex turba timebat, Iudicis ora sui. Martialis in 12. ad Semproniam: Nec minus attonitis vox celebrata reis. Cicero pro P. Quintio: Magnitudo periculi summo timore hominé afficit: quòd vno iudicio de fortunis omnibus decernit. *Iudicium pertimescendum.*

Ie laisseray ceste matiere,
Car de cela peu me chaloit:
Et racompteray la maniere,
Comme le President parloit.
Et tout ainsi & au plus pres,
Que les arrestz luy ouy dire:
Ie les ay escriptz cy apres,
En la forme que les orrez dire.
Sans y adiouster quelque chose,

Aussi retenir ne oster.
Et les prononca tous en prose,
Comme vous orrez reciter.

PREMIER ARREST.

Arrest interuenu sur vne sentence en matiere de trahison & exces d'vn Amoureux, lequel pour iouyr de sa mye se faignit tuer.

PAr deuant le Preuost de dueil se assist vn proces, entre vne tresgratieuse dame, & le procureur d'Amours, en cas d'exces d'vne part: & vn amant ieune escuyer defendeur d'autre part. Et disoyet lesdictz demandeurs, que ceste dame en tout son temps ha esté de grãd' renommee, fort esbatant, ioyeuse, & de plaisant maintien. Et qu'elle s'est tousiours bien & honnestement entretenue en seruice d'Amours, sans iamais auoir esté re-

prinse d'aucuns villains cas, blasmes, ou reproches.

Hæc est existimatio. Quæ est dignitatis illæsæ status, legibus, ac moribus cõprobatus: quæ ex delicto nostro authoritate legum aut minuitur, aut consumitur. l. penult. ff. de var. & extraord. cog. Hîc verò de legibus, & moribus amantiũ intelligendum erit. *Existimatio.*

Or estoit vray que ia pieça cest amoureux s'accointa d'elle: & apres plusieurs allees & venues, il la pria d'aymer, en luy presentāt plusieurs dõs & bagues, qu'elle ne voulut prendre ne receuoir, pour doubte de commettre symonie en Amours, qui est deffendue.

Sicuti enim aliquid vel dare, vel exigere pro re spirituali symonia est totis titulis de symonia iuris Pontificij: ita & in amicitia est. Quum sit quid diuinũ amor, & igneus illi vigor sit, ac solis etiam animis consistat. l. 3. ff. de donatio. inter vir. *Symonia.* *Amor res diuina.*

Animus Gratia.

Accessorium naturam sequitur principalis.

Pro inuestitura quid dare, symonia est.

& vxorem. Est præterea animus quid spirituale, quo amor retinetur, & etiam gratia propter quam amamus. Panorm. in c. quanto. de iudic. Igitur pro eo quid dare, symoniacum erit, ac pro annexis. Idem in rubric. illius tituli, & in cap. de iureiur. de iure patron. Accessorium verò principalis gaudere prærogatiua decens est. Idẽ in c. 1. eod. titu. Nec cõsuetudo quem excusat. cc. non satis. cùm in ecclesiæ. eo. Qui tamen minima confert, symoniam non facit. c. & si quæstiones. illo titu. Quę autem parua sint, secundum recipientiũ & offerentium personas metiendum erit. Caueant tamen, ne pro inuestitura quid detur, tunc enim esset symonia. c. in tantum. in eo. Bene illud crimen incurrit qui propter mulieres omneis facultates decoxit. Quæ pestis omneis alios morbos sua magnitudine vincit. c. sicut. eo. Et illud crimen immane est, ad cuius comparationem cætera crimina quasi pro nihilo sunt. c. per tuas. 1. eo. At etiam taleis ab omni psalmodia repellendi sunt. cc. accusatum. quoties tanto. eo. Quia inde subsequitur fletus. Et à templo expellendi sunt. c. sicut. eo. In curia tamen Cupidi-

nis eiusq; matris non habet locum symonia, sicuti nec in curia Rom. Pan. in c.1. eo. Neque in principis curia, lex Iulia de ambitu. Quod hodie ad vnguem obseruatur, non tamen sine animæ detrimento. Ac nec propter futurum matrimoniũ vter alteri dare quid debet. l. si ita stipulatus. §. fi. ff. de verb. obl. l. quod sponsæ. C. de don. ante nupt. l. 1. ff. de don. Nisi vbi mulier esset nobilis: vir autẽ plebius. Bartol. Paul. in d. §. fi. ille in l. diuortio. ff. de ver. oblig. Panor. in d. c. cùm in ecclesiæ. Quid si à tertia persona elargiatur? Paul. in d. §. fina. maximè si ob rem habendam, quæ turpis causa est. Pan. in d. c. cùm in ecclesiæ. Symonia verò quid, & vnde, & quot modis fiat, Io. in prin. 1. q. 1.

In curia Romana nõ est locus symoniæ.

Propter futurum matrimonium donatio an valeat.

Mais l'en remercia, en luy soubriant, & respondant gracieusemẽt, toutes & quantesfois qu'il parloit à elle. Et peult bien estre que pour la loyaulté, qu'elle cuydoit trouuer en luy, disant, qu'elle l'aymoit biẽ, & qu'il estoit taillé d'auoir beaucoup de biens au tẽps aduenir: sans

y pẽser nul mal: Dont le galãd mal consyderãt, que Dames sont tousiours plus prõptes à resiouir cueurs d'amoureux, que à faire douloir:

Mulierès delectant.

NATVRA enim cõparatum est, vt mulieres magis delectent, quàm contristent. Nãm, vt inquit Stroza pater:

Sic dedit egregiam faciẽ natura puellis:
Non adamãtęum pectus habere iubet.
Nec iubet exitio tristi lætentur amantũ.
Fallitur, id suadet si qua puella sibi.

S'esmeut, & eschauffa tellement, qu'il luy sembla que la besongne estoit ia faicte, & qu'il en viendroit bien au dessus des craintes. Et de faict, vne iournee luy vit dire, qu'il estoit mort, & qu'il ne viuroit pas trois iours, si elle ne luy octroyoit ce qu'il demãdoit. De laquelle chose ceste Dame estoit moult esbahye, & en brief luy respondit, que d'autant qu'elle l'aymoit, elle le hayroit desormais, s'il luy parloit

plus de cela. Dont il n'en tint guieres de compte, ains s'efforça de proceder oultre.

PROPTER repulsam amasius desistere non debet. Ouid. in. 1. de Arte: *Propter repulsam non desistendum.*

Prima tuæ menti veniat fiducia cunctas
Posse capi, capies, tu modò tēde plagas.
Vere prius volucres taceāt, æstate cicadę:
Męnalius lepori det sua terga canis.
Fœmina q̃ iuueni *blādē tētata* repugnet.
Hęc quoq; quam *poteris* credere nolle, volet. In eodem.
Ergo age, ne dubita cunctas superare puellas:
Vix erit è multis, quæ neget vna tibi.
Quæ dant, quæque negant, gaudent tamen esse rogatæ:
Vt iam fallaris tuta repulsa tua est.
Alibi in eodem.
Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuenci:
Tempore lēta pati fræna docētur equi.
Ferreus assiduo cōsumitur annulus vsu;
Interit assidua vomer aduncus humo.
Quid magis est durū saxo? quid mollius vnda?

Dura tamen molli saxa cauantur aqua.
Penelopen ipsam, perstes modò, tempore vinces:
Capta vides serò Pergama, capta tamē.
Idem in.3. Metamorph.
Sed tamen hæret amor crescitque dolore repulsæ.
Claudianus.
Accenditq; magis quæ refugit Venus.
Quod flenti tuleris, plus sapit osculum.
Martial. in. 4. ad Sophronium:
Quęro diu totā, Sophroni Ruffe, ꝑ vrbē
Siqua puella neget, nulla puella negat
Tanquā fas nō sit, tanq̄ sit turpe negare:
Tanquā non liceat, nulla puella negat.
Casta igitur nulla est, castæ sunt mille. quid ergo?
Casta facit? nō dat: nō tamen illa negat.
Syluula apud Saxum:
Aspera sunt, quamuis vel plus quàm credere fas sit,
Dura tamen mollis marmora rumpit aqua.
Ardua robustis quercus radicibus hęrēs,
Extollit ramos quæ super astra suos:
Ictibus immodicis validæ ꝑcussā securis:
Eruta frondosum ponit & ipsa caput.
Assuescit curui sub pōdere toruus aratri:

Globosam Cereri scindere taur⁹ humũ.
Non vidit domitos collo quis ferre chelydros:
Qui portãt medio falsa venena foro.
Indomitus nunc nunc dominum qui ferre negabat:
Anxius Eleo puluere sudat equus.
Lambit securi dextram rabiosa magistri:
Mõtibus incultis, quæ modò tigris erat.
Tempore sublimes ponũt fastigia turres:
Aequantur presso culmina celsa solo.
Mœnia dimittũt pręclari nominis vrbes,
Cuncta domant cursũ tẽpora lõga suo.

Et prendre par force vn baiser, parquoy elle le vouloit frapper. Et neantmoins ne s'en veult departir, ains reuient vers elle, faignant de pleurer de douleur & d'angoisse qu'il enduroit. Et s'estoit faict frotter le visaige, & les yeulx, d'eaue de solcie, à fin qu'il semblast plus piteux.

HOC præstat cyminum siue cuminum. Horat. lib. I. Epistolarum, epist. xx. Qui si Pallentum casu biberent exangue cymi- *Cyminũ pallidos reddit.*

num. Vbi Acron id affirmat, & Dioscorid. lib. 3. c. 66.

Et tellement, que ceste Dame esmeuë de pitié, en cuydãt veritablement, que les larmes qu'il auoit aux yeulx luy vinssent du profond du cueur.

Lachrymæ in amantibus artes sũt.

LACHRYMAE in amantibus artes sunt. Ouidius:

Et lachrymæ prosunt, lachrymis adamãta mouebis:
Fac madidas videat, si potes, illa genas.
Si lachrymæ (neque enim veniunt tempore semper)
Deficiunt: vda lumina tange manu.

Et idem Elegia VIII.

Quĩ etiã discãt oculi lachrymare coacti,
Et faciant vdas ille vel ille genas.

Decepta fuit Briseis Achillis lachrymis, vt illa apud eundem testatur.

Credidimus blandis, quorum tibi copia, verbis:
Credidimus generi, numinibusq; tuis.
Credidimus lachrymis, an & hæ simulare docentur?
Hæ quoq; habẽt artes, quaq; iubẽtur, eũt.

Et

Et Medea Iaſonis:

Vidi etiam lachrymas, an & eſt pars frau dis in illis?
Sic citò ſum verbis capta puella tuis.

Sed quid ſi lachrymæ in viris artes ſunt, atq; doli? quid in mulieribus? Sũt etenim harum lachrymæ (vt ait in Andria Terentius) confictæ dolis. Propertius in 3. & ſi. eleg. *Lachrymis mulierũ non credẽdũ.*

Nil moueor lachrymis, iſta ſum captus ab arte:
Semper ab inſidiis Cynthia flere ſoles.

Architren. lib. 7.

-Riguumq; facillima flendi
Fœmina pectus habet, didicitq; cadentibus vltro
In lachrymas clauſiſſe dolos.

Lydius Cattus:

Quem non deciperet fictis mala fœmina verbis?
Quem non blanditiis falſa puella ſuis?
Sæpe addit lachrymas, lachrymis caue doctior, artes
Hæ ſũt: has lachrymas tu caue tut⁹ eris.

Et vt è materia materiã cõferamus: quod peculiare recentiũ iuriſperitorũ eſt: & aliquod parergon addam⁹, ſunt enim mu-

Mulieres faciles ad decipiendum.

lieres faciles ad decipiendũ. Nã vt inquit Imperator Iustinianus: Infirmitatẽ naturæ mulierũ satis nouimus, ꝙ facile circũuentiones fiũt aduersus eas. §. quæsitũ. in auth. de æq. dot. col. 7. Et Hæro Nasonis:

Fortius ingenium suspicor esse viris.

Vt corp⁹ teneris, sic mẽs infirma puellis.

Præsertim autẽ à maritis decipiũtur. §. si quis. in aut. vt immob. ante do. col. 5. Et serpens ille tãti sceleris author prius ad Euam cõuersus. c. Adã. 35. q. 5. Aristoteles autẽ statim circa princ. 9. de Animal. mulierẽ faciliorẽ ad decipiẽdũ memorię ꝓdidit. Dido Verg. lib. 4. Aeneid. sic fatur:

Egregiam verò laudem & spolia ampla refertis,
Tuq; puerq; tuus, magnũ & memorabile nomen:
Vna dolo diuũ si fœmina victa duorũ est.

Ouidius in 3. de Arte,

Sæpe viri fallũt, tenerę non sæpe puellæ:
Paucaq; si quęras crimĩa fraudis habẽt.
Phasiadem matrem fallax dimisit Iason:
Venit in Aesonios altera nupta sinus.
Quantũ ad te Theseu volucres Ariadna marinas
Pauit: in ignoto sola relicta loco.

Quære nouē cur iste vices dicat,& audi:
Depositis syluas Phyllida flesse comis.
Et famā pietatis habet:tamen hospes & ensem
Præbuit:& causam mortis Elissa tuæ.
In epistolis,
Sed qa crudelitas dāno solet esse puellis,
Verbaq; dicuntur vestra carere fide.
Idem in 2.Epistola:
Fallere credentē nō est operosa puellam
Gloria,simplicitas digna fauore fuit.
Et hic in 14.etiam Metamorph.
-Sed amans,& læsa & fœmina Circe est.
Alibi:
Sū decepta tuis,&amās,& fœmina Vbis.
Propertius in 2.
Colchida sic hospes quōdā decepit Iasō:
Eiecta est,tenuit nāq; Creusa domum.
Sic à Dulichio iuuene est elusa Calypso:
Vidit amatorem pandere vela suum.
Ah nimiū faciles aurem præbere puellæ
Discite desertæ non temere esse bonæ.
Catullus in Argonauticis:
Frigidulos vdo singultus ore cientem
Siccine me patriis abductā pfide ab oris
Perfide deserto liquisti ī littore Theseu?
Siccine discedēs neglecto numine diuū

Immemor, ah, deuota domum periuria portas?
Nulláne respotuit crudelis flectere mētis
Consiliū? tibi nulla fuit clemētia prædo,
Immite vt nr̄i vellet miserescere pectus.
At non hęc quōdā blanda ꝓmissa dedisti
Voce mihi, non hos miseram sperare hymenæos:
Quæ cuncta aërij discerpūt irrita venti.
Faustus in 4. Liuiæ:
Scilicet ista fuit veterum natura virorum
Fallere fœmineū credula corda genus.

Le baisa & accolla deux ou trois fois, pour obuier à plus grand meschef: ou qu'il ne cheust en desespoir. Et auec celuy feit plusieurs autres gratuitez & menus plaisirs, dont il ne fut encores pas content: ains perseuerant de mal en pis voulut mettre la main aux tetins. Et à ceste cause elle s'en courrouça. Et apres pour le eslōgner, & pour luy monstrer, qu'il n'estoit pas la ou il cuydoit: elle luy dōna congé, à fin

qu'il n'y retournast plus. Mais ce nonobstant encores fust il plus eschauffé de y venir que deuant. Et apres aduint que vn iour sur le iour arriua en la maison d'elle, court habillé & desguysé à tout vne gente daguette pendāte à sa ceincture, & apres qu'il eust saluee, & bien longuement quaqueté, il commença à dire ces motz : Ma dame, mauldicte soit l'heure que ie fus onc nay, neantmoins ie n'eusse point tant souffert de peine que fais pour vo⁹. Et puis que ainsi est, qu'il ne vous en chault, & que n'y voulez remedier, i'ayme mieulx me tuer cy par deuant vous, que plus languir. Et ie vous asseure ma foy que iamais ne partiray de ceans, qui ne me portera les piedz deuant. Car il me souffit, & sur vous en auray merite. Et sur ce poinct ledict amoureux prīt

ſa dague,& commence à ſoy deſlaſſer, faignãt de ſe frapper à la poictrine. A quoy la deſſuſdicte dame pour doubte d'eſclandre meit la main au deuant du pourpoint, & du pommeau, & le tença tresbien luy demonſtrãt qu'il ſeroit perdu, & homicide de ſoy meſme.

Si quis enim manus in ſe nõ poſtulat[9], nec in ſcelere deprehẽſus intuliſſet: verũ tædio vitæ, aut intemperãtia doloris, luctusúe cauſa alicuius, vt Lucretia & Portia fecerũt: aut pudore æris alieni, vel iactationis, vt quidã fecerũt Philoſophi, aſpirãtes ad ſummum bonũ, vti Empedocles, & Cleombrotus: vel furore amoris, quo nihil vehemẽtius. §. nouim[9]. in auth. qui. mo. na fil. col. 6. Cũ nec frater fratri parcat, cũ furor ille venit. Nec igneus ille furor neſcit habere modũ: vt ibi p Accur. nihilo ſecius teſtamentũ illius valet, nec irritũ eſt. Sed nec etiã ſerui ex morte domini torquẽtur, & eo ordine quo cæteri ſucceditur, neq; fiſco vẽdicãtur bona. l. fi. ff. de bo. eo. l. 1. C. eo. l. ĩ fraudẽ. ff. de iur.

Amoris furor.

Teſtamẽtum in ſe man[9] mitentis an valeat.

fic.l.si quis.ff.de pœ.l.omne.ff.de re mil. l.si quis filio.§.eius.ff.de iniust rup.l.1.§. si quis non.ff.ad Syll. l. 2. C. qui test. fa. pos.l.factũ.ff.de accu. Ac etiã propter furorẽ non modò ab homicidio quis excusatur. l.infans.ff.ad le.Cor.de sic.sed & à parricidio.l.pe.ff.ad l.Põp.de par.Secus si nõ ob hæc.dd.ll.tametsi ꝓpositũ sit securũ nequaq̃.dd.ll.omne. si quis in fraudẽ. Nec lugẽdus is qui sibi ob crimẽ mortem cõsciuit.l. nec liberorũ.§.Põponius. ff.de his qui not.infa. Voluntariam verò mortẽ pluribꝰ verbis diuus Aurelius August.lib.1.de ciuitate Dei detestatus est: quã quidẽ mortẽ immanitati,& informẽ laquei nodũ probro Egesippus lib.4.c.9. dedit.& idẽ lib.3.c.17.naturæ validã legẽ esse velle viuere,nec mortẽ sibi asciscere. Nihil enim magis inimicũ q̃ mors:vt qui vitã protexerit,patronus sit:qui mortem appetat,insidiator sit.Solius enim hominis est vitæ insidiari,non etiã animalium agrestiũ & ferarũ.Et Arist.libr.3.c.7.Eth. non fortis esse hominis,sed timidi ob fugiendã paupertatẽ,vel amorẽ,atque quid molestũ,mortẽ sibi incutere.Et carnificis loco is habetur,qui sese vt moreretur,vul

Propter furorem quis ab homicidio excusatur.

Nõ lugẽdus qui sibi mortẽ conscuit ob crimẽ.

Mors voluntaria detestãda

nerasset,inquiente Festo.Est quippe turpe nefas,vt ait Calentius, propria decubuisse manu. Et ne sæpius hoc contingeret,diuina vtiliter dispensante prouidentia (scribente Homilia si. Io. Chrysostomo) effectũ,vti nemo sine dolore dissolueretur,alioquin verò in paruo etiã mœrore multi violentam mortem eligerent. Plures enim ne in manus hostium deuenirent, manus cruentas in se iniecerunt, aut vt id facerent aliis mãdarunt:vt Cato,Annibal,Cassius,Brutus,Nero,plures alij Romani,vt est videre apud Appianũ.

Cleombrotus. Verũ quia superius de Cleombroto à me mentio facta est,pauca de eo dicã. Is fuit Ambraciota,qui cũ Platonis Phędoni insudasset,se præcipitẽ dedit. In cuius mortem sequens Callimachi epigramma est:

Ειπας ἥλιε χαῖρε κλεόμβροτος Ἀμβρακιώτης,
Ἥλατ' ἀφ' ὑψηλοῦ τείχεος εἰς ἀΐδου
Ἄξιον ὅτι παθὼν θανάτου κακὸν, ἀλλὰ πλάτωνος
Ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμματα λεξάμενος.

Latinitate donauit Pomp. Gauricus:

Vita vale,muro pręceps delapsus ab alto,
Dixisti moriens Ambraciota puer.
Nullum in morte malum, docti sed scri-

pta Platonis
Non ita erant animo percipienda tuo.

Macrob. li. I. Som. Scipionis dicit Platonem intelligi deberi de ea morte, quę cũ adhuc anima in corpore cõstituta sit, corporeas illecebras ipsa philosophia docẽte interemit, & cupiditatum dulceis insidias, reliquasq́ue omnes exuit passiones. Et in libr. 2. Hæc enim illius sunt præcepta doctrinæ, quæ illam dicit mortẽ philosophantibus appetendam. Ex qua fit, vt adhuc in corpore positi, corpus vt alienã sarcinã (inquantũ patit͛ natura) despiciãt. De illo Lactant. lib. 3. c. 18. diuin. Insti. & Augu. lib. I. c. 22. de ciuit. Dei. Deq́; illo intelligendum illud Ouidianum in Ibin:

Vt de præcipiti venias in Tartara saxo.
Vt qui Socraticum de nece legit opus.

Et aussi elle le reconforta le mieulx qu'elle peust, pour le destourner du malfaict qu'il vouloit faire. Mais au dernier rien ne valut, car il commença à iurer & maulgreer, qu'il se tueroit illec en la place, sãs plus attendre pas vne heure.

Periuria amantū. FALLVNT sæpenumero puellas periuriis amasij, quæ Iupiter deridet, sicut in primo de Arte, Naso scribit:

Iuppiter ex alto periuria ridet amantum:
Et iubet Aeolios irrita ferre Notos.

Et lib.1. Elegiarum:

Nec si quem fallas, tu periurare timeto:
Cōmodat illusis numina surda Venus.

Catullus in Argonaut.

Tum iā nulla viro iurāti fœmina credat,
Nulla viri speret sermones esse fideles.
Qui dum aliquid cupiens animus prægestit apisci,
Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt.
Sed simul ac cupidæ mentis sanata libido est:
Dicta nihil metuēre, nihil periuria curāt.

Tibullus in 4.

Nec iurare time, Veneris periuria venti
Irrita per terras, & freta summa ferunt.
Gratia magna Ioui vetuit pr̄ ipse valere,
Iurasset cupidè quicquid ineptus amor.
Perq; suas īpunè sęquit Dictynna sagittas:
Affirmes crines perq; Minerua suos.

Idem lib.3.

-Periuria ridet amantum

Iuppiter & ventos irrita ferre iubet.

Claudianus in nuptiis Honorij:

Et lasciua volant leuibus periuria ventis.

Et de faict ainsi qu'il faignoit de soy frapper,& mettre la dague dedans le corps,ceste poure dame toute seule esmeuë & troublee, & non pas sans cause,& pour obuier à l'effusion du sang.Et aussi que on eust peu dire, que s'eust esté elle mesme.

SI SE interemisset,ab ea præsumeretur interfectus,cùm lex præsumat.l. si hi qui.C.ad leg.Iul.de adul.Bar.in l.2.ff.de furt.Præsertim circa hęc quę secretè fiũt. Idem in l.3.§.sed si.ff.de re mil. Vbi etiã ante fores illi⁹ reperiretur exanimis, indicium foret ab illa trucidatũ.Bar in l.fi. ff.de vi pub.Quòd si in domo ꝓpria, indicium euidens esset propter quod torquenda foret.Paul.in l.fin. C. de proba. Pan.in c.3.eo.tit.l.fin.in qua Barto.ff.de quæst.Verũ quòd non debeat torqueri, contrà est.Non enim indicium indubitatum,cùm non præsumatur mulier tãtum *Lex præsumit.*

Fœminæ pertimeſcūt enſes

facinus aggredi. Pertimeſcūt enim enſes fœminæ: nec ferre eas arma decens eſt.

Pamphilus Saxus:

Nō decet armatā gladio ſpectare puellā,
Non decet ībelles haſta cruēta manus.
Nō ꝓbo peltatas inter quę tela cateruas,
Hectore ſub forti ſanguinolenta tulit.

Indicia quæ diminuant

Natura (Appiano lib. 4. de Bellis ciuilibus authore) oēs homines ab his curis vacuos eſſe voluit. Diminuunt itaq; indicia bene actę antea vitæ ꝓbatio. l. 3. §. Iulianus. ff. de lib. exhi. d. §. ſed ſi. vbi Bar. l. nō oēs. §. à barbaris. ff. de re mil. l. de minor. §. tormēta. ff. de quæſt. Quintilianus li. 7. c. de cōiectura. Dignitas & tuetur reum, nōnunq̄ ipſa in argumentū facti cōuertitur, tanq̄ fuerit ſpes impunitatis. Et nō lōgè pòſt: Probi verò mores, & antè actę vitę integritas nunq̄ nō plurimū ꝓfuerūt.

Ob indicium an quis torquendus ſit.

Neq; q̄s torquēdꝰ ob indiciū eſt: niſi vilis pſona ſit. Accur. ī l. cū ꝓbatio. ff. de ꝓba. Pro quo dicto vide Bar. in l. 2. col. 2. ff. de excu. tut. Et q̄uis Bart. pręſumat occiſum ab eo, ante cuius domū cadauer iacet. Illud ſanè intelligendū erit, vbi is cōſueuerit id facere. L. Romanus. in l. 1. §. hoc reſcriptū. ff. ad Syll. Nec eſt inſup ſuſpicio-

nibus quis iudicãdus. Bar. in d. l. fi. Et vbi indiciũ foret, hoc p̃ duos testes p̃bãdum esset. Accur. Bar. Pau. in l. fi. C. fa. her. Nã & cõstitutione principali diui Ludouici cautũ est, ne quis pauper etiã, dũ tamen probis moribus sit, ob testẽ vnũ torqueatur. Vnius verò testis dictũ quando faciat indicium Bart. in l. maritus. ff. de quæst.

Suspicionib⁹ quis non iudicandus.

Indicium quot testibus probãdũ erit.

Et qu'elle l'eust tué, qui eust esté grand esclandre pour elle & les siens, à tousiours, fut cõtraincte de luy souffrir accomplir sa mauuaise volunté. Depuis laquelle fictiõ ainsi faicte, qui n'estoit que vne vraye trahison pour deceuoir ceste poure femme, comme il ha biẽ monstré, & s'est ledict amoureux vãté, & ha dict en plusieurs lieux, qu'il en auoit iouy par subtilz moyens: nonobstant que autres y auoyent bien failly, en deshonnorant sans cause en maintes manieres.

ADVERSVS bonos mores ei⁹ mulieris cõuitiũ factũ est, ob quod tenetur iniu

ria, cũ nec in cœtu, nec in vociferatione factũ sit. l. 1. §. itẽ apud. §. ex his. §. ait prę-tor. ff. de iniur. §. 1. Insti. eo. Cõuitia enim puniũtur. l. aut facta. ff. de pœn. Et licet lata sit iniuria in absentẽ, poterit tamẽ iniuriarũ agere. Pan. in c. 1. de mal. Diffamari enim statum ingenuorũ seu errore, seu malignitate quorũdã, periniquũ est. l. diffamari. C. de ing. ma. Legata etiã turpia, quæ magis notãdi legatarij gratia scribũtur, nõ valẽt. l. turpia. ff. de leg. 1. Et quod ad hæredis nomẽ cõtumeliæ causa solet addi, nõ valet institutio. l. quoties. §. si qs nomẽ. ff. de hęr. inst. Cicero ꝓ M. Cælio, vbi accusationẽ à maledictione separat: Maledictio autẽ nihil habet ꝓpositi, prę-ter cõtumeliã: quæ si petulãtius iactatur, cõuitiũ: si facetius, vrbanitas nominatur.

Conuitiũ punitur.

Diffamatio.

Maledictio.

Cõuitiũ.

Vrbanitas.

Parquoy elle concluoit alencontre de luy, qu'il fut condamné à luy faire amende honorable, & proffitable. Honorable, c'est à sçauoir nue teste, en chemise, tenant vne torche ardante en sa main, du poix de quatre liures de cire. Di-

ſant, que faulſement & mauuaiſement il la deceuë, trahye, & circũuenue. Si ſen repent, & luy en requiert mercy & pardon. Et pour amende proffitable, qu'il fuſt condemné, enuers elle, en la ſomme de quatre mille liures Pariſis, ou autre telle ſomme, que de raiſon deuroit. Et en ſes deſpens, dommages, & intereſt. Et auſsi requeroit qu'il luy fuſt deffendu de parler à elle, en aucune maniere. Et au regard du procureur d'Amours, il concluoit, & requeroit alencontre dudict Amant, que pour la raiſon dudict cas, ou il y auoit fauſſeté & trahyſon, il fuſt puny de telle punition corporelle & publique, que le cas le requeroit. Et s'il ne l'eſtoit, aumoins qu'il fuſt perpetuellemẽt banny d'Amours.

Deportatio.

HAEC pœna deportationi æquipara-

tur. Accur. in §. deportati. Insti. quib. mod. ius pat. (Hîc nõ de bannitis factiosis Italiæ hominibus intelligo, qui plurimorum sentẽtia deportatis nõ æquiparãtur: verũ de his qui ob maleficiũ banniuntur.) Et deportatio ignis & aquæ interdictionis loco est. l. 1. §. hi. ff. de leg. 3. l. 3. ff. ad leg. Iul. pecul. l. 2. §. 1. ff. de pœ. §. deportatio. in auth. de nup. col. 4. Imperator tamẽ in l. 1. C. de rep. & §. minor. Instit. de cap. simul separatè posuit. Et id possunt imperator & præfectus vrbis. d. §. hi. l. inter. ff. de int. & releg. & pręfectus prætorio, vel is qui vice eius principis mãdato cognoscit. d. §. hi. d. l. 2. §. 1. Text. in l. 1. §. relegati. ff. de offic. pręfec. vrb. dicit Imperatorẽ præfecto vrbis insulã debere assignare. præses id non potest. d. l. 2. §. 1. Potest tamen quẽ putat deportandũ annotare, nomenq; eius principi scribere, vt in insulã deportet. l. si quis. §. eius. ff. de ini. rup. d. §. hi. l. diui. ff. de pœn. l. inter pœnas. ff. de inter. & releg. l. 1. ff. quãdo appel. sit. Bar. tamen in l. relegatorum. ff. de int. dicit id posse, si insulam habeat. Quæ sentẽtia mihi perquàm dura est, cùm nullibi probetur, & tot iurium capitibus auersetur.

Interdictio ignis & aquæ.

Deportare qui possunt.

En

En le declarãt inhabile d'eſtre en la compagnie des gens de bien, & des dames & damoyſelles, comme traiſtre & de mauuais affaire, que tous ſes biens fuſſent declairez, cõfiſquez, & appartenir à Amours. Et oultre qu'il fuſt trainé ſus vne claye, & batu par les carrefours de ſyons & de verd oſier, & de branche de groſeliers, à fin que deſormais tous autres y prinſſent exemple. Auec autres concluſions plus à plain declairez au proces. De la partie de ceſt amoureux deffendeur fut deffendu au contraire. Et diſoit que voyrement il eſtoit vray, qu'il auoit eſté bien fort feru de l'amour d'icelle demandereſſe: & qu'il l'auoit ſeruie moult longuement, & faict enuers elle tous les deuoirs, qu'il eſt poſsible de faire à loyal ſeruiteur.

Mais elle luy auoit vsé de bien rudes & estranges termes. Car combiẽ qu'elle luy eust promis de cherement l'aymer, & entretenir en sa bonne grace: toutesfois bien souuent faisoit semblant de non le cõgnoistre: puis vne fois elle luy soubrioit, & l'autre fois luy rechignoit.

Dolor est amatori vbi illi amica irascitur.

QVANTVS verò dolor sit amatori, vbi amica illi irascitur, Plautus in Truculento docuit:

Si iratum scortum fortè est amatori suo,
Bis periit amator ab re, atq; animo simul.

On n'en tenoit compte. Et brief, le poure galland le plus du tẽps ne sçauoit ou il estoit.

Amans nescit q.d agat.

QVI enim amant, seipsos nesciunt: & quid agant ignorant, amentibus non dissimiles, quod expressit Marullus:

Iactor, dispereo, crucior, trahor huc miser, atque huc.
Ipse ego iã quis sim, nescio: aut vbi sim.
Tot simul insidiis premor vndique, proh dolor, in me

Sæuitiæ Cypris dat documenta suæ.
Sæuitiæ documēta suæ dat: ego tamē vnā
Depereo, vtq; nocet, sic libet vsq; sequi.
Qua si quis miserū solā me liberet horā:
Hîc mihi sit Phœbo doctior & melior.

Et en eust bien voulu saillir, mais il ne pouuoit. Car quād il s'en vouloit oster, c'estoit lors qu'il conuenoit plus fort à aymer que iamais.

AB amore resilire quàm sit difficile, ex sequentibus patebit. Medea Ouidiana: *Ab amore resilire difficile.*

Quæq; feros repuli doctis medicatibus ignes,
Non valeo flāmas effugere ipsa meas.
Ipsi me cātus, herbæq;, artesq; relinquūt:
Nil dea, nil Hecates sacra potētis agūt.

Hercules Stroza:

Heu mihi nulla queunt sopire negocia flammas:
Quas tener accenso pectore nutrit Amor.
Atque vtinam tacitus non gliscceret ossibus ignis:
Staret & in meta cura sepulta sua.

Nam velut opposito magis æstuat obice pontis,

Sic magis obducto vulnere sęuit Amor.

Amor nanque in tempore vires capit, & pedetẽtim vt hedera murum, totum corpus amplexatur: ac sicut caprificus vbi diutius creuerit, solidum marmor amplectitur: ita consuetudo & mores omnem duritiam, & obstinationem amori contrariam fugant auertuntq;. Non aliter q̃ mollis & tenera planta, quæ ab initio antea quàm radices lõgiusculè egerit, facilè euelli potest: postea verò impetui viq; ventorum resistit. Quamobrem primis amoris motibus atque cogitationibus obuiandum erit, ne vbi longius præcordiis insederit, vanisque somniis enutritus sit totum corpus depascatur: tunc verò vltrà voluntarius nõ erit. Apuleius lib. 8. Trãsmutationum, Quid ni? cũ flamma sæui amoris parua quidem primo vapore delectet, sed fomento cõsuetudinis exęstuans immodici ardoris totos comburat homines. Seneca in Hippolyto:

Quisquis in primo obstitit

Repulitq; amorem tutus, ac victor fuit.

Qui blandiendo dulce nutrit malum;

Serò recuſat ferre, quod ſubiit iugum:

Titus Stroza ad Ianum:

Forſitan huic poteras olim ſuccurrere morbo:
Cũ primò illatũ,nec graue vulnus erat.
Nunc ſerò medicina datur, nec inania poſthac
Proderit amiſſo claudere ſepta grege.

Pacificus lib. I. Hecatelegiorum:

Sępe malũ primò qđ nõ lethale videtur,
Poſtmodo neglectũ fata ſuprema dedit.
Sępe fit è minima ſcĩtilla maximus ignis,
E minima pontus ſæpe creatur aqua.
Principio obſtandum eſt,ne vis mala tẽpore creſcat:
Sæpe aliquid poteras,quod mora poſſe negat.
Prĩcipio medicina iuuat,nil ſera iuuabit:
Stultũ eſt in mediis te reparare malis.

P.Fauſtus in Liuia vnum caput ad hanc rem habet,ex quo hæc:

Vana igitur ſupereſt pellẽdi cura furoris:
Cùm bene radices egerit ille ſuas.

Ferunt in Achaia ciuitatem eſſe nomine Argyram,& fontem prope Selemnum flumẽ, in quem adoleſcens à Venere,ꝙ Argyræ nymphæ amore tabeſceret, *Vt quis ab amore linum beretur.*

cõmutatus est. Ex cuius aqua si quis tam mas quàm fœmina ablutus fuerit, amore liberatur. Quæ si vera sunt, vt ait Pausanias: τιμιώτερον χρημάτων πολλῶν ἐστὶν ἀνθρώποις τὸ ὕδωρ τοῦ σελέμνου, Id est: Multis pecuniis preciosior est hominibus aqua Selemni. Samiis, vt idem in vij. scribit, monumentum est Leontychæ & Rhadines, quibus supplicant, qui amore cruciantur, illud adeuntes. Strabo lib. 10. Geographiæ, dicit in Leucade Apollinis phanum esse, ibíque fieri saltum, qui ad sedandos amores credatur. Lucianus de Saltationibus author est, saltationem ipsam aduersus amores plurimum prodesse, vt de quodam ingresso theatrum meminit. Refert Capitolinus in M. Antonio philosopho Faustinam huius vxorem, amore gladiatoris succensam, & ob id longa ægritudine laborasse, causamq́; viro aperuisse: qui cũ ad Chaldęos retulisset, bonum fuit consilium, vt interfecto gladiatore, illius sanguine amans lauaretur, & cum viro concumberet. Hæc eadẽ Suidas memoriæ dedit, & recentius Crinitus lib. 2. c. 1. de Honesta disciplina. Plinius lib. 28. tædium amoris hirci vrina admixto pro-

pter fastidiũ nardo fieri docet. Et lib.30. mitigare amoris ardores puluerẽ, in quo semula volutauerit corpori inspersum. Et lib.32. amorem finire rubetam adalligatam in pecoris recentis corio scribit. Dioscorides lib.2.c.187. hastulæ regiæ radicem potam Veneris cupiditatem inhibere. Et lib.2.c.149. Semen nympheæ genitale infirmare. Quæ verò herbæ coitũ vel augeãt, vel diminuãt, Theophrastus lib. 9. cap. 19. & sequenti, de Historia plantarum docet.

Ne dormoit poĩt ne nuict ne iour.

Amasii non dormiunt.

APOLLONIVS authore Philostrato lib.1. dicebat sæpius amantibus euenire vt à somno excitarentur.

Plautus in Mercatore:

Súmne ego miser, qui nusquã bene queo
quiescere?
Si domi sum, foris est animus: sin foris
sum, animus domi est.

Terentius eiusdem farinæ author:

Mox noctu te adigent horsum insomnia

Vergilius in 4. Aeneid.

Nec placidã mẽbris dat cura quietem.

Et pòst id magis exprimens:

Nox erat,& placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras,syluęq;,& sæua quierant
Aequora,cũ medio voluũtur sydera lapsu:
Cũ tacet omnis ager, pecudes pictæque volucres,
Quæque lacus latè liquidos,quæq; aspera dumis
Rura tenẽt,somno positæ sub nocte silẽti
Lenibant curas,& corda oblita laborum.
At nõ infœlix animi Phœnissa,nec vnquã
Soluitur in somnos,oculísve,aut pectore noctem Accipit.

Phædra apud Senecam:

Non me quies nocturna, nõ altus sopor
Soluere curis. Valerius Flaccus lib.7 Argonauticôn:
Nulla quies animo, nullus sopor, arida mens est.
Quære malis nostris requiẽ,mentemque repone:
Redde diem noctémque mihi,da prendere vestes
Sõniferas, ipsáq; oculos cõponere virga.

Medea Venerẽ Circes faciẽ mutuatã, vbi iam arderet Iasonem, alloquitur.

Eadem apud Ouidium in Heroidibus loquitur:

Non mihi grata quies, noctes vigilantur amaræ:
Nec tener in misero pectore sōn⁹ adest.
Quæ me non possum potui sopire draconem, &c.

Baptista Pius à Chlorim:

Cū subit auricom⁹ nocturna cubilia Titā,
Nigraq; purpureo rore madescit hum⁹:
Assistunt noti vultus, animúmq; vagantē
Alliciunt, refert nec mea mēbra sopor.

Ainçoys tousiours pēsoit à elle.

FREQVENTIVS enim de amica cogitat amans. Columella lib. 12. c. 1. monet agri cultorem ne amet: quin etiam sit à Veneris amoribus auersus, quibus si se semel dediderit, nō aliud quicquam potest cogitare, quàm illud quod diligit. Nā vitiis eiusmodi pellect⁹ animus, nec præmium iucundius, quàm fructū libidinis, nec supplicium grauius, quàm frustrationē cupiditatis existimat. Lucretius in 4. *Amicus de amica semper cogitat.*

Nam si abest, quod ames, præstò simulachra tamen sunt
Illi⁹, & nomē dulce obseruātur ad aures.

De la partie dudict deffendeur au contraire estoit dict, que par lõg temps il fut nommé par l'Vniuersité d'Amours, aux premiers benefices qui vacqueroyent, au diœcese dont ceste dame cy estoit.

NOMINATIONIS hæc formula in *Nomina-* Galliarũ Academiis fit, iure & autoritate *tio.*

concilij Basiliensis. Nunc modò concordatorum, in Doctoribus, Licentiatis, Baccalauriis & artiũ magistris. De qua in §§. item quod. ita tamẽ. sequitur, ordinat. De coll. in P. Sancti. & toto illo titulo in Cõcordatis. Nonnulla etiam per cõstitutiones principales super ea cauentur, in quã diu insistere cõsentaneum fore non tuli. Alia est nominatio, vbi quis ad aliquod officiũ eligendus est. Solent enim plures libellis, aut etiã edictis nominari, ex quibus vnꝰ deligatur. l. nominationes. C. de decur. lib. 10. sicuti plures à S. Põtifice nominãtur, vt illorũ vnus seligatur, & ecclesiæ pręficiatur. c. contra sanctorum. 16. q. vlt. Nonnunquã verò nominatio pro electione vsurpatur. c. cũ olim. de re iud. An autem ex hac nominatione ius in re, vel saltẽ ad rẽ cõpetat, & an nominãtes possint variare, amplè per Cosmã Guimeriũ in suis ad P. Sanct. commentariis. titu. de coll. §. volens. in verbo nominationes. ad quem te malo remittere, q̃ hîc trãnscribere: per Anch. in cap. nulli. de elec. in 6.

Per nominationem an acquiratur ius in re.

Diœcesanus in diœcesanis beneficijs præferendus.

DIOCESE. Impetrans mentionẽ suæ diœcesis, atq; originis facere debet. Ber. in c. si proponente. de resc. in quo Panor.

Inten

Intentionis verò S. Pontificis est, vnumquenq; in sua prouincia prouidere. c. bonæ. 2. de postu. præl. c. ad decorẽ. de inst. c. fi. de cler. pere. c. episcopus. 61. dist. l. in ecclesiis. C. de episc. & cler. Quod plurimum frugi esse Panor. in d. c. ad decorẽ. arbitratur. Quinimo si origo omittatur, obreptitiæ erunt. Panor. in d. c. fi. Et prælatus de gremio eligi debet, tametsi collatio ad superiorem deuoluatur. c. ne pro defectu. vbi Panor. de elect. c. nullus. 61. dist. Et de eodẽ monasterio & habitu eligi debet Abbas. c. officij. de elect. argu. c. cùm monasterium. in quo Panor. de elec. cle. 1. de elect. Quod etiã in monialibus est: vt ibi per Cardi. c. quàm sit. 18. q. 2. Et regularia non nisi regularibus, secularia secularibus beneficia conferri debent. c. possessiones. de reb. eccl. non ali. c. fi. de sta. mon. in quib9 Panor. c. inter quatuor. de relig. dom. c. cũ de beneficio. de pręb. in 6. clem. 1. de sup. negl. præla. c. presbyteros. vbi Ioan. 16. q. 1. c. quæ semel. 19. q. 3. Monachus albus nõ potest eligi in abbatẽ monachorũ nigrorũ. Zab. in clem. 1. col. 2. de sta. mona. Ac tutores: ij enim ex ea vrbe ex qua pupillus oriundus sit,

Prælatus quis eligendus.

Tutores qui dãdi.

dandi sunt. argu. l. diuus. ff. de tuto: dat. Sunt autẽ regionum varij & diuersi mores, dissimile idioma, quod periculosum in amore est, vbi interprete opus sit: necessariò itaque vt negotium minus secretius & occultius pergatur. Nam etiam idem & vnus sermo, & consimiles mores plurimum ad conciliandum amorem operantur. Et huiusce rei locupletissimus author est Cicero in 1. Offic. Est eiusdem gentis & nationis linguæ, qua maximè homines coniunguntur, interius etiam est eiusdem esse ciuitatis. Estq; ea iucundissima amicitia, quam similitudo morũ cõiugauit. In eo. alibi. Nihil autem amabilius, nec copulatius, quàm morum similitudo bonorum: in quibus eadem studia sunt, eædem voluntates: in his fit vt æquè quisque altero delectetur, ac seipso: efficiturq; id quod Pythagoras vult in amicitia, vt vnus fiat è pluribus. Cornelius Nepos in vita Pomponij Attici: Vt iudicari possit plus in amicitia valere similitudinem morum, quàm affinitatem. Qu. Curtius in septimo: Similitudo enim morum facit voluntatem, societatem, & cognata studia sibi nectit. Sidonius libr. 3.

Similes mores conciliant amorem.

ad Anitum : Multum voluntates nostras copulauerunt decursatum forinsecus actionum similitudo. F. Philelphus ad Sicchum:

Nam similes mores animos moderantur amore.
Dissimiles odium gignere Sicche solent.

Sed hæc adeo in amoribus vera nõ sunt, quin & peregrini recipiãtur: verũ q̃ infœlici euentu, ex Ouid. in Heroidib⁹ patet. Medea: Virginitas facta est pegrini prædа latronis. Helena: Certus in hospitib⁹ non est amor, errat vt ipsi: Cumque nihil speres firmius esse, fugit. Hysiphile testis, testis Menoia virgo est: In nõ exhibitis vtraque iuncta thoris. *Peregrini recipiuntur in amicos.*

Et que encores d'abondant il auoit obtenu grace expectatiue, pour accepter la premiere qui seroit sans amy.

GRATIA pro amicitia accipitur. Terentius in Hecyra. Neque alio modo cõponi potest inter eos gratia. Vt etiã ij qui ob alicuius amicitiã partes aliquas sequerentur, gratiã sequi dicebantur. Cæs. in 1. *Gratia.*

belli Ciuilis: Lentulus cõsul senatui reiq; publ. se non defuturum pollicetur, si audacter, ac fortiter sententias dicere velint: sin Cæsarẽ respiciat, atque eius gratiam sequatur. Vnde nos in gratiam alicuius deuenisse dicimus. Nonnunquam etiam pro causa seu contemplatione accipitur. c. vnico. vbi Pan. de como. Sallustius: Rem omnẽ aperit, cuius gratia mittebatur. Teren. in Andr. Et ea me hîc restitisse gratia: vbi Donatus veteres dicit gratiam pro causa posuisse. Et alibi: Sed ea gratia simulaui. A. Agretius: Gratiam & bonæ & malæ rei causa. Nam sic dicimus amicitiarum, & beneficij gratia, ita vt Sallustius opprobrij gratia. Cicero. Et religioni & supplicij gratia colendam & fruendam tradiderat. Terentius: Qui referant sacrilego gratiam: hactenus ille. Quandoque pro dono spiritus sancti. 1. quæstio. 1. cap. gratia. Quicquid enim habent homines à Deo, gratia est. Accipitur & pro beneficio. Donatus in Eunucho: Gratiã inire, est dare beneficium, ac per hoc alicuius inire gratiam, id est, amicitiam. Verùm quò ad materiam nostram, pro concessione alicuius benefi-

cij, siue iuris ad obtinendum beneficium accipitur.c.gratia. de rescript.lib. 6. cle. gratiæ.eo. Dicitur enim S.pontifex gratiam facere concedendo beneficiũ, quod secus in ordinario, quò ad ipsum.c. relatum.de præben. Quæ dicitur expectatiua, vt in titu.de col.in P.Sanct.Et facilius tolluntur literæ in forma pauperum vel iustitiæ, quàm gratiæ.c.si pauper.de præben.in 6.vbi Anch. Zab.in d.clem.gratiæ.& an impetrans in forma pauperum præferatur secundo impetranti in forma gratiæ, Zab.post gloss.in clemen.gratiæ. Honorabiliores insuper sunt cæteris literis, quòd sericeo filo sigillentur, cæteræ verò canabe.Zab. in d.cle. gratiæ. Et in cle.vnic.de concess.præben.Sed in nostra specie sigillantur viridi & croceo, qui colores lætitiam & fruitionem denotãt: sunt enim læti amãtes ob fruitionem rei desideratæ. Quid gratia? & quot? Zab. post commentatorem in clem.1.de mag. Panor.in d.c.vnic.Si autem in literis dicatur quòd prouideatur idoneo, dicitur gratia, quæ fauorabilior est mãdato, cùm de integra concedentis morte nõ extinguatur.c.si super.de offic.deleg.in 6.An-

Croceus & viridis color.

Gratia quãdo ex tinguatur.

Mãdatũ finitur morte mandãtis non gratia.

char. in cap. is cui. de præben. in 6. si persona non fuit expressa per text. illum, etiam si causa propter quam emanauit expiret. Ancha. in cap. si gratiosæ. de rescript. in 6. Si verò ad beneplacitum. S. pontificis concedatur, eo mortuo extinguitur, quod aliâs est si ad sedis apostolicæ voluntatem. d. c. si gratiosæ. Et quando expiret gratia per adeptionem alterius beneficij. Zabar. in d. clem. gratiæ.

Charites. Fingunt mythologici Charites treis. De quibus plura infrà, quæ Latinè Gratiæ dicuntur, quas Seruius ex Venere & Libero ortas lib. 1. Aeneid. dicit, easdemq; mortalibus largiri decorem, & Veneris pedissequas esse, quasi Ven⁹ & pulchritudo gratiam porrigant, iuxta illud in 5. Vergilianum:

Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.

Acontius Cydippę Ouidianę:

Tu facis hoc, oculique tui, quibus ignea cedunt
Sydera, qui flammæ causa fuêre meę.
Hoc faciunt flaui crines, & eburnea ceruix:
Quęq;, precor veniāt ī mea colla, man⁹.

Et decor & vultus, sine rusticitate pudẽtes:

Et Thetidis quales vix reor esse pedes.

Et si auoit dispense, d'en auoir deux, nonobstant l'incompatibilité.

VBI prius quæ sint beneficia incompatibilia nouerimus, de hinc de dispensatione agendũ. De primo Io. And. & Zab. in cle. gratiæ. de rescrip. c. de multa. de præb. c. ordinarii. de offic. ord. in 6. Et id non solũ in vna ecclesia, verùm in diuersis. c. ad hæc. de præb. extrauag. execrabilis. Io. 22. de præb. De archiepiscopatu & episcopatu, in c. secundo. 21. q. 1. decisum est. De abbatiis duabus, c. vnum. ead. c. & q. De binis archidiaconatib⁹ in variis ecclesiis. c. præterea. de præb. Plures item personatus. c. dudũ. 2. de elect. d. c. de multa. & d. extrauag. execrabilis. Plura etiã officia. c. singula. 89. d. extrauag. execrabilis. Absurdum itaque est, vt promiscuis artibus rerum perturbentur officia. l. consulta. C. de test. Præbendæ insuper duæ. c. quia in tãtum. de præb. præsertim in vna ecclesia, etiam si S. pontificis ad dignitatẽ

Beneficia incompatibilia.

Plura officia incõpatibilia.

& prębendam gratia emanarit, vt si prius assecutus præbendam fuerit, dignitatem dehinc, cui annexa sit præbenda, consequatur, vacet prima præbenda. cle. fin. de præb. Cùm nihilominus illud vnũ & idẽ beneficium debeat censeri. Imò posśit dignitatem, cui cura annexa est, tenere. Panor. in. c. extirpandæ. §. qui verò. de præb. secus in curatis est, etiam sine dispensatione. c. super eo. de pręben. in 6. vbi Ancha. Panor. in c. literas. de concess. pręb. Rationem vide per Io. And. & Zab. in d. cle. fin. De dignitatibus & præpositura, vel de prębendis & præpositura expressum est in c. cùm iamdudum. de præben. d. c. literas. De pręb. verò & canonicatibus. c. sanctorũ. 70. dist. De dignitatibus aut personatibus cũ cura. d. c. ordinarii. Ecclesiæ plures. c. quia in tantum. c. cùm non ignores. de præb. d. c. sanctorum. c. 1. 21. q. 1. sicut. 21. q. 2. Prioratus plures. c. cũ singula. de præben. in 6. Ecclesiæ parœciales. d. c. dudum. c. 3. de cle. non res. d. c. de multa. d. c. ordinarii. d. extrauagã. execrabilis. c. is cui. de præb. in 6. c. cùm singula. c. nõ potest. de pręb. in 6. c. si quis. 21. q. 2. De archidiaconatu & beneficio ha

bente animarum curã annexam. d. c. dudum. vbi Panor. col. 3. Poterit quis tamen plures ecclesias tenere, si vna ab altera dependeat, vel vnam in commendam, & alteram in titulum habeat. d. c. dudũ. vbi Panor. c. eam te. de æta. & qual. c. fi. 21. q. 1. Non potest tamen ecclesia parœcialis commendari, nisi in ætate legitima constituto, & in sacerdotio. c. nemo. de elect. in 6. Beneficia etiam simplicia si vel statuto, vel consuetudine residentiam requirãt, incompatibilia sunt. Io. And. & Zab. in d. cle. gratiæ. Panor. in c. 4. de cle. non resid. idem in c. cùm iãdudum. de pręben. etiam si ex testatoris institutione residẽtiam requirãt. Zab. in d. cle. gratiæ. Quæ verò vitia incurrat tenens plura beneficia, vide per Panor. in. d. c. dudũ. Et caussas propter quas prohibeatur beneficiorum pluralitas, per eundem in dicto c. 3. in cc. quia in tantum. ad hæc. de præb. Ac veluti iure pontificio pluralitas horum prohibita est, sic & Cæsareo officiorum pluralitas vetita. Memorabilibus enim duplici fungi officio nõ decet. l. hac parte. C. de proxi. sacr. scri. Et non licet vnicuique nisi vnum collegium habere. l. 1.

Vbi potest quis plures ecclesias tenere.

Officia plura incomparatibilia.

ff.de coll.ill. Quo nam pacto hoc intelligatur, vide Bart.in l.fi.eo.tit. Neque honores in duabus ciuitatibus gerẽdi sunt. l.libertus.§.præscripto.ff.ad munic. Nec qui aduocatus est alicuius magistratus, eiusdẽ cõsiliarius esse non potest, sicut nec aduocatus & assessor, nec duobus magistratib⁹ assidere.l.fin.C.de asses. Sed nec in eadem causa, & iudex & aduocatus. l. prætor.ff.de iur.om.iudic. l. quisquis. C. de post. Consiliarii etiam non possunt in auditorio tractare negotia cùm assessores sunt.l.penult.ff.de off. asses. Nec cohortalis ad aliã militiam, vel dignitatem aspirare potest.d.l.cohortalis. Nec curialis ad militiam armatam.d.l.4. Tabularii itaque & scribæ aliquam militiam, aut aliud officium habere non possunt.l.1. C. de tabu. Duos magistrat⁹ simul quẽquam nõ posse capere, ex cõtentione C.Valerij Flaminis Dialis, & Q.Fuluii Flacci Aedilis curulis designati, Liuius lib. 39. ostendit. Qui enim vtrũq; festinat, neutrum bene peragit.l.fi.C.de asses. Satis superq; satis incongruũ, si cùm vnum ex his pro sui magnitudine diligenter quis non possit explere, ad vtrunq; videatur idoneus.c.

presbyteros.16.q.1. consequens nunc est, vt de dispẽsatione ex promisso tractem⁹. Cuius potestas erga episcopos varia ex variis scribentium opinionibus fuit: potest autẽ in pluribus dispensare.d. c. sanctorũ.vbi Io.& in hoc inhæret, vt episcopi potestas in hoc minimè imminuta sit, quin circa dignitates, officia, & curas dispensare posſit.Et in c.si quis trãslatus.21. q.2. solùm episcopis indiscretam prohibitam esse.Panor.in c.extirpandæ.§. qui vero.de præben.quæ, vt inquit Ber.in d. c.de multa.causam dedit edicto, ne episcopi in dignitatibus & curatis beneficiis dispẽsent.Quid si indiscreta?cessante igitur causa prohibitionis cessabit & ipsa prohibitio.l. adigere.§.quãuis.ff.de iure patr.c.cũ cessante.de appell.Sed & propter vtilitatem & necessitatem circa ea episcopis non est adempta. Zenzelinus in d.extrauag.execrabilis.Panor. in d.c. de multa.cuius sententiæ Abbatem, Hostien.& Anton.dicit, quam multum sibi placere dicit.& idem in §.qui verò. Si enim à S.Pontifice dispensatus sine causa, immunis apud Maximũ Iouẽ, qui omnia, qui discretam atque indiscretam nouit,

Dispẽsatio.

non est, quare episcopus vtilitate & necessitate suadente nõ dispensabit? Quinetiam & eius dispensatio vtilior, & discretior præsumenda, quàm ea quæ à S. Pontifice progressa sit, qui sæpe falsis rationibus decipitur. c. super literis. de rescript. vtpote qui nec personam, nec beneficium nouerit: non enim presumitur scire naturam beneficii: nec etiam legatus sicut episcopus facit. Cardin. in clem. 1. col. 3. de elect. cùm & sine causa non sit dispensatio, sed animarum discerptio atque dissipatio & dilaniatio. Io. in c. rigor. 1. q. 7. Panor. in c. cùm in cunctis. de elect. & in c. 3. col. 2. de translat. ep. tex. etiam in d. c. de multa. S. Pontifici reseruat dispensationẽ in maioribus beneficiis ob prærogatiuã personarum, quæ episcopo est adempta. Zen. in d. extrauag. execrabilis. Panor. in d. §. qui verò. d. c. sanctorum. Erit ergo in reliquis incorreptum. l. præcipimus. C. de appel. Vt qui de vno neget, de alio permittat. l. cùm ita. ff. de cond. & demonstr. c. nónne. de presf. Sed nunc ad specialiá descendamus. Io. And. in c. 1. de consil. in 6. dicit inferiorem à. S. P. vt quis habeat vnum personatum, vel officium cum ca-

nonicatu & præbēda dispensare posse. Et idem in c. literas. de concess. præb. ait in eadem ecclesia ob difformitatem, in diuersis verò in conformibus id posse. Panor. in d. c. qui verò. si quodlibet per se non sufficiat, & idem in c. cùm iamdudū. de prębẽn. Non tamen dispensat vt quis sit canonicus & præbendarius in diuersis ecclesiis. Dispensat episcopus in dignitate & cura, si cura, vel dignitas ab alia dependeat. Anch. in c. 1. de concess. præbēd. in 6. Idem arbitratur in eo qui. 20. annum peregerit, vt obtineat archidiaconatum, cui curæ duę annexę sunt, si consuetudine excommunicandi interdicendi potestatem non habeat. Anch in c. super eo. de prębẽn. in 6. In simplicibus episcopū dispensare posse in dubium non reuocat, etiam in eadem ecclesia cum causa: vt per Ber. in d. c. de multa. Pan. in d. c. literas. vel in simplici cum curato in diuersis ecclesiis. idem in d. c. literas. Anch. in d. c. 1. de cōsuetud. Panor. in d. §. q verò. Quòd si sunt in diuersis diœcesibus, debēt vtriq; episcopi ĩteruenire. Panor. in d. c. de multa. Nam Io. in. d. c. si quis translatus. dicebat. S. Pontificem solum posse in benefi-

ciis diuersarum dioecesum dispensare. Verùm quòd episcopus vrbis Romę in dignitatibus, vel administrationibus, siue etiam beneficiis, vel eorum altero cum aliquo, vel præbenda dispenset. d.c. 1. de cõsuet. de duabus curis. d.c. ordinarii. dd. cc. non potest. cùm singula. De pluribus prioratibus expressum est in d.c. cùm singula. Panor. in d. §. qui verò. quam sentẽtiam dicit seruare curiam Romanã post Host. Pan. in. c. de multa. & hoc vt extrahat pecunias subtili modo à barbaris. Cõcedit etiam episcopus licẽtiam se absentandi à beneficio cũ causa. Pan. in c. pen. de cle. non resi. Hæc de dispẽsatione quò ad episcopos & archiepiscopos. De dispẽsatione S. Pontificis & eius potestate, superuacaneũ est disputare. Ea enim ingens & nondum definita: nullis enim legibus, nullis sacris canonibus vincitur: illi via lata est, nescio quò ducat, propter quã etiam prædecessorum refringat sacras iussiones, & patrum concilia, in ea liberalitatem exercens plus ponderis auri recipiens, quàm plumbi porrigat. De qua sic lusit Cordus lib. 3. epigrammatum:

Quòd tua Romulidæ bullas diplomata

dicit:

Insipiens adeo non mihi vulgus erit.
Nam videt vt verè sint, & sine pondere bullæ:
Nil graue quod plumbũ, pictaque cera præmit.
Nos tamen hæc multo quasi magna rependimus auro:
Tam stupidus quondã, non puto, Glaucus erat.
Vtpote mutatis aliquid q. ceperit armis:
Hæc præter nugas nil glabra pellis habet.

Quod tamen ad nostram materiam attinet, non poterit quis, aut saltem difficile erit, duabus inseruire amasiis. c. 1. 21. q. 1. Difficile enim est, vt vnus duorum vicem sustineat. l. si plures. ff. de pact. Quando tamẽ id possit, Accursius in l. si plures. C. eod. Io. in c. singula. 89. distict. Nec duas militias quis habere, aut dignitatem cum militia. l. his quidem. C. qui mil. non poss. l. æternam. C. de muri leg. Est enim amor militia. Militat in teneris annis amor hospes amœnus. Acc. in. §. 1. Inst. de succes. sub. Ber. in c. cùm in iuuentute, de præscr. Ouidius in secũdo de Arte: Et vires ope-

Difficile est, vt quis duabus amasiis inseruiat.

Difficile est vt vn⁹ duorũ vicem sustineat.

Amor militia est.

rámque affecte puellis:Hæc quoque militia est.Eiusdem authoris tota est elegia ad Atticum.in.1.Elegia.Non enim minori vigilantia & cura pertractur,quàm militia,nec minus cum animæ periculo,quã ipsa militia.

Et disoit auecques ce qu'il a-auoit faict ses diligẽces par deuers la dame,dõt il estoit question pour estre pourueu de sa grace, & dedãs les nuictz & les iours qui y sont ordonnez.

SOLET vt sæpius in his gratiosis literis tempus adiici infra quod à notitia vacationis in loco,vel ecclesia beneficii publica infra mensẽ acceptare debeat,vltra quem expirat gratia.clem.vni.de concess. præb.c.si clericus.c.tibi qui.de præb.in 6. Debet enim esse diligens vt conditio extet antequã vacet beneficium: quia si nõ extaret ordinarius,aut alius executor,cõferre poterit,si non sit decretum irritans. d.Clem. An autem verificata conditione teneat collatio, Pan. in c.fin. de præsump.col.fi.Hæc est ea diligentia,quam quis

Diligentia.

quis debet prę́stare. Imputet quidem sibi, si hoc casu, quo de tẽporis commodo agitur, id per se aut per alium scire potuerit, ignorauerit. d. cle. vni. Lapsus enim termini habetur pro recusante. l. quandiu. ff. de acquir. hære. Anch. in c. si tibi. de præb. in 6. Executoris verò potestas iuncta acceptationi post illud tempus nõ durabit. arg. c. de causis. de offic. de leg. Mandatũ etenim est ad vnguem seruãdum. l. diligẽter. ff. mand. c. cui de non. de præb. in 6. Iura insuper vigilãtibus scripta sunt. l. summa. ff. de pecul. l. in compensatione. ff. de cõpen. l. debitor. ff. de sepul. ll. idem sciẽdum. ait prætor. §. si debitorẽ pupillus. ff. quæ in fraud. cred. Estq; præterea aliqua inter desides & vigilantes differentia. l. 2. C. de ann. except. Nec alterius aut negligentia, aut cupiditas huic qui diligens est debet nocere. l. si nõ. §. 1. ff. de bon. aut iudi. poss. Priuat enim quem negligẽtia notabilis iure prioritatis, vt secundus primo potior sit. Ber. in cc. fin. si soli. de conces. pręb. Ancha. in d. c. tibi qui. Imò etiam secundus cum clausula anteferri ob negligentiam repellitur. Anch. in c. penul. de præb. Qui etiam ex cõsuetudine possunt

Mandatũ ad vnguem obseruãdũ.

Vigilantibus iura scripta sunt.

præbendas vacantes intra tempus certũ acceptare, post illud id non possunt. c. si. de concess. pręb. in 6. Et impetranti currit mensis non habitis literis si sciuit: secus si ignorauerit vacare. Zab. in d. clem. in fi. Rescripto itidem ad lites post annũ quis nõ vtitur. cc. si aũt. pleruq;. de rescr. Et hęc negligẽtia ex nimia stultitia venit. c. si homo. 27. q. 1. Et arbitrabitur vir bonus quãdo præsumptũ fuerit, ipsum sciuisse beneficium vacare. De tempore autem acceptationis decisum est per clem. illam vni. vbi Zab. Anch. in c. si cleric⁹. de pręb. in 6. Pan. in c. capitulum. de rescrip. Sed an tẽpore lapso re integra possit impetrãs acceptare beneficium vacans, Io. Andr. & Zab. in d. clem. dicunt id posse. Quod autem ob gratiam eius datũ sit, in damnum eius redundare non debeat. c. quod ob. de reg. iur. in 6. ar. d. c. si tibi. Si tamen clausula reseruationis & executoris potestas iungãtur vacaturo beneficio, quod impetrans acceptabit infra mensem, non poterit postmodum acceptare; vti ibi per Io. And. & Zabarel. c. si clericus. de pręb. in 6. Sicuti si arbiter solui iusserit infra certum tempus, committitur pœ-

Tempore lapso re integra an possit impetrãs acceptare benefi-[illegible]n.

na, etiam si paratus sit soluere. leg. si cùm dies. §. fina. leg. Celsus. ff. de recep. arb. Et pœna opposita, vt quid intra tempus certum fiat, si non sit factum, committitur etiam non monito. l. magnam. C. de contr. & com. stip. l. 2. de iure emphyt. c. potuit. vbi Panor. de loc. Seruus itaque libertate donatus si infra tempus rationes reddiderit, sin intra tẽpus eas non dispũxerit, liber non erit. l. Thais. §. intra. ff. de fideicom. lib. Hoc modo quibus ex edicto bonorum possessio competit, si quis eorum in diebus statis nõ admiserit, tum cæteris competit, ac si prior ex eo numero non fuerit. l. 1. §. quibus. ff. de success. edict. Si tamen sum. Pont. contulit canonicatum, durat executoris potestas post mẽsem: vt per Anchar. & Io. And. in d. c. si nullus. ibi, expectet cum decreto quod alteri, &c. & Zab. arg. c. si, postquã. c. si soli. de conces. prẹb. in 6. Panor. in d. c. capitulum. & in c. dilectus. 2. in c. inter cætera. de præbend. Et quid si canonici alicui contulerint canonicatum, an valeat illorum collatio prẹbendæ postea vacantis alteri? Sed si negligens sit impetendo præbẽdam, an habeat locum in cano-

nicatu, Anch. in d.c. ſi clericus. dicit quòd ſic, ſi mandatum habeat decretum, & ſecundus illum petat. Sin verò decretũ non ſit, tunc non præiudicat, quia non eſt negligens. Si autem de canonicatu & præbenda mandetur, quia non poteſt habere præbendam ſine canonicatu, negligẽs in canonicatu, negligens eſt & in præbẽda, & in vtroq; ſibi præiudicat. 1. q. 1. ſicut quidem. ſi enim in canonicatu diligens, in præbenda verò piger, obtinebit. d. c. ſi clericus. Et adeptus canonicatum & præbẽdam & expectet dignitatem cui annexa eſt præbenda, ſi infra tempus non acceptat prębendam, habet locum. d. c. ſi clericus. Et an poterit dignitatem ſine prębẽda vacantem acceptare Zab. in d. cle. id poſſe ait per cle. ſi. de prębend. Sed quid ſi ante negligentiam primi collatio eſt facta ſecundo, & ſic non valet, & ſubſecuta eius negligentia an conualeſcat collatio? & quid ſi adeptus canonicatum, expectet præbendam primam, quam nõ poteſt petere propter negligentiam? an ſi iterũ vacet, poſsit illi cõferri? Anchar. in dicto. c. ſi clericus. & illa clemen. vni. habet locũ in gratia, quæ motu proprio emanauit.

Zabarel.in dicta clemen.in fi.

Disoit oultre, qu'apres ce qu'il trouua ladicte dame vacquant d'amy.

CONSVEVIT apponi in his gratiæ literis, si quod vacat, vel vacabit. Io. And. in cle.vni.de conces.præb. Quòd si tantũ apponeretur, quod vacabit, credo sufficere vt extendatur ad beneficium iam vacans. argu. verbi erit, & oportebit, quod & pręsens & futurum tempus signat, sicut est, & oportet. l. verbum erit. l. verbum oportebit. ff. de ver. signifi. & etiam pręteritum. d. l. verbum erit. ver. quemadmodum. arg. c. quia circa. de priui. Beneficiũ verò principis, quod à diuina scilicet eius indulgentia proficiscitur, quã plenissimè interpretandum est. l. fi. ff. de const. prin. c. cũ dilecti. de don. & ibi Pan. col. 2. c. olim. de ver. signi. in quo idem Panor. coll. 2. c. quamuis. vbi Anchar. in prin. de pact. in 6. quod in odiosis nõ est. d. c. quamuis. Io. An. in c. ordinarij. de offi. ord. in 6.

Est. Oportet. Erit.

Beneficiũ principis largè interpretãdum.

Et qu'elle luy eust fait vne gracieuse chere, & tresgracieusement accueilly, il accepta l'amour d'elle.

Acceptare absque executoris præsẽtia an qs poßit.

ACCEPTARE autem absq; executoris præsentia quis valet. Io. And. in cle. vnica. de conceß. præb. in verb. executorem. in qua Zab. idem bis in c. 1. eod. in 6. in verb. acceptaret. in quo Anch. Quin & acceptatio in absẽtia executoris ordinarij manus ligat: & alterius executoris, quando decretum appositum est, & terminus, & purificata conditio. Et acceptatio in absentia executoris debet per ipsũ intimari. Anch. in d. c. 1. in fi. Zab. in d. cle. dicit acceptationem ante purificationem conditionis valere, non etiam collationem. An autem c. ne captandæ. sibi locum vsurpet in forma literarum gratiæ, cle. vnic. de conceß. præb. per Ioan. And. in d. cle. in verbo notitiam. & ibi Zab.

Et feit pourueoir par l'executeur, de sa dicte grace expectatiue.

Executor.

IN gratiis ad beneficia executores vt plurimum dantur. Iura sunt infinita, quorũ varii sunt: alii enim prouisores, alteri compulsores, tertij mixti. Prouisorũ rursus variæ formulæ sunt, vti ex literis dignoscitur. Anch. in c. tibi qui. de præb. in 6. & in c. si soli. de conces. prębeo. lib. Et

debent esse certi.c.tibi. cùm etiam sint delegati.Io.And.in d.c.tibi qui.& in c. si super.de offi.dele.eod.lib.Panor.in. c. si quis contra.col.2.de foro com.Qui delegati certi esse debẽt.c.ad hæc.de rescrip. Imò & delegatus largè dicitur executor. l.apertissimi.l.fin.C.de iud.c. sciscitatus. in quo Panor.de rescr.d.c.si quis contra. vbi Ber.& Panor.igitur ordinario maior. c.sanè.2.de offi.deleg. Et executores isti insinuare ordinario, & interdicere ne alteri cõferãt,cũ interpositione decreti debent.Nam per hæc afficiuntur beneficia. c.1.c.si soli.de conces.præb.in 6.Ber in.c. abbatem.vbi Panor.de rescript. Et acceptare primam vacantem,cùm aliâs man' ordinarij ligatę nõ sint. Anch.dd.cc.1.tibi qui.Nõ potest tamẽ executor generatim (ni expresse concedatur)inhibere.Reseruationem tamẽ & inhibitionẽ de primo, aut altero siue tertio(si ex diplomate indulgeatur)beneficio inibi vacaturo facere poterit.Et quod contrà attentatũ erit, in vanum erit.c.executor.de cõces. præb. in 6.Quando autem beneficium per gratiam afficiatur, vide Io. And. & Anc. in d.c.si soli. De prouisorio verò executore

Delegatus certus esse debet.

Executor prouisorius.

Anch.in c.si capitulo.de concess. pręb. in 6.Et an delegatus ad prouidendũ possit sibiipsi prouisiones reseruare,Panor.in c. pro illorum.de præb.Anch.in d.c.si soli. Et vtrum per clausulam (moneas attentius & inducas)possit executor cõpellere ordinarium,Anch.in c.si pauper.de præben.in 6.vbi dicit id posse. Et an is possit pręfigere terminum capitulo,vltra quẽ possit prouidere,vide eundem in d.c. si capitulo.Vtrum etiam executores ad beneficia possint assumere partes iudicis, Io.And.in cle.1.de offi.deleg.vbi Zabar. & hîc in cle.1. col.3. de rescript. in cle. vna:coll.3.de concess.præbẽ. Pan.in c. si. de pręsump.col.4.de executoribus enim ad compellẽdum in d.c.si soli. qui interdicere possũt.Io.And.in d.c.si soli. in verbo interdixerit.vbi Anch. quãuis Ber. in c.si.de pręb.vbi Pan. contrarium tenuerit.Executor ad prouidendum si per inquisitionem eos esse vitæ laudabilis, & honestæ conuersationis subdelegare potest.cle.1.de offi.deleg.vbi Zabar. Quod distingue per.c.is cui.eo.ti.lib.6. etiam si apponantur verba(super quo tuam conscientiam oneram⁹ (Zabar.in cle.vna.de

cōceſſ.pręben.Executoris poteſtas re integra mortuo S.Pontifice non extinguitur.c.ſi ſuper.de offi .deleg.in 6.Anchar. in c.ſi gratioſæ.collat.4.in fi. de reſcrip. Bar.Pau.in.l.fundi.ff.de acquiren.poſſ.

Executoris poteſtas re integra mortuo.S.P. an extinguatur.

Et n'y euſt refus ne contredict de Dãger, ny de Malebouche: & des lors en fut mys en poſſeſsiõ & ſaiſine. Et à ce tiltre auoit droict, & eſtoit en bonne poſſeſsion & ſaiſine de ſe porter & dire ſeruiteur & amy d'elle.

AMANTES enim ſunt ſerui. Propertius in 2.de amoris ſeruitute:

Amãtes ſerui.

Libertas quoniã nulli iam reſtat amanti:
Nullus liber erit, ſi quis amare volet.
Seneca Tragicus:
Me vel ſororẽ Hippolyte vel famulã voca
Famulãq; potius, omne ſeruitium feram.
Hippolytum Phædra alloquitur.
Baptiſta Mantuanus Eclo.1.
Quiſqs amat, ſeruit: ſequit captiu' amãtẽ:
Fert domita ceruice iugum, fert verbera tergo
Dulcia, fert ſtimulos, trahit & bouis inſtar aratrum.

Et auoit la moytié des ioyes, qu'amoureux cuident auoir, quand ilz rencontrent bonne dame.

Defrui. DEFRVI antiqui dicebant, authore Põpeio, pro deamare, significãtes omnẽ fructum percipere. Posſidere etiam dicitur cum effectu. Non enim vacat curatũ beneficium altero adepto, cuius pacificã poſſeſsionem non habuerit, nec per eum ſtetit quominus nactus ſit. arg. c. licet. vbi Anch. de præb. in 6. Nec vtiq; ꝑ adeptionẽ ſecũdi beneficij curati, cuius alter fructus percipit, vacat primum. c. ſi tibi conceſſo. eod. ti. & lib. in quo idẽ author. Nec etiã beneficio curato priuatur quis, ſi infra annũ promotus non ſit, ſi poſſeſsionẽ pacificam neque nactus, neque per eum ſtetit, quin adipiſceretur. c. commiſſa. de elect. eod. lib. vbi Anchar. Etenim non poteſt intelligi poſsidere, tametſi eã corpore teneat ex lite in iudicium deducta, ſi ſuper iure poſſeſsionis vacillet, & dubitet. l. nemo. C. de acqui poſ. Debet inſuper poſſeſsio, ſicuti in d. c. ſi tibi. Anch. ait, fertilis eſſe, nõ ſterilis, vt fructus poſſeſſor apprehẽdat. Habere pręterea ſicut

Poßidere dicitur cũ effectu.

Habere.

peruenire cũ effectu accipiendũ est.l.nomen filiarũ.§.habere.§.de ver.signi.Et capere etiam cum effectu accipitur.l.aliud. ff.eo. Non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alij restituere.l..nõ videtur quisquam.ff. de reg.iur. Nihil esse possessionem absque vsu Aesopus fabula designauit,qua finxit auarũ omneis fortunas vendidisse,ac aureã glebã conflasse, subq; terrã defodisse:quam cũ amisisset,& fleret,id quispiam sciens, lapidem illi obtulit,vti hunc suffoderet,talem scilicet vsum sibi præstaturum,qualem præberet aurum,quo ad nullã rem vtebatur.

Peruenire.

Capere.

En possesiõ & saisine, q̃ ledict demandeur sa partie aduerse, ne la peult ne doibt appeller sa dame ou maistresse,ne s'en dire seruiteur.En possesion & saisine, qu'il ne doibt s'accointer,ne parler à elle, pareillement l'accompaigner en voyage, ny autre part,aumoĩs ne la doibt tenir par dessoubs le bras. En possession & saisine, que si elle veult aller en pelerinage,il ne la doibt poĩt

mener derriere luy, ne luy ayder à ſecourre ſa robbe. En poſſeſsion & ſaiſine, qu'il ne luy doibt point allumer ſa chandelle au moutier, ny faire le petit genouil deuãt elle. En poſſeſsiõ & ſaiſine, que ſi ſur le chemin ſon fouet, ou auſsi ſa verge cheoit à terre, il ne la doibt point releuer ny bailler. En poſſeſsion & ſaiſine, qu'il ne doibt porter la botte fauue pour l'amour d'elle, ny la ſolcie ſur ſon chappeau. En poſſeſsion & ſaiſine, qu'il ne peult pareillement fermer ſadicte botte fauue d'eſguillettes verdes, ne ſon chappeau de cordon, ny houppe de cheueux. En poſſeſsion & ſaiſine, qu'il ne doibt point aux harnois de ſes cheuaulx porter la liuree d'elle, ny auoir plus d'vne robbe neufue la ſepmaine. En poſſeſsion & ſaiſine, que ſes cheueulx ne doiuent venir

iuſques ſur les yeux, ne qu'il doibt auoir à ſon bonnet rubens de ſoye verde. En ſaiſine & poſſeſsiō, qu'il ne doibt point dançer aux nopces, ny autre part auec ſadicte dame, ne la prendre au chappellet. En poſſeſ ſiō & ſaiſine, qu'il ne doibt ſeruir à table ou elle ſe ſied.

SEDERE in menſa cum amaſia dat aditum.

Ouidius in 1. de Arte:

Dant etiā poſitis aditum conuiuia mēſis:
Eſt aliquid præter vina quod inde petis.

Ne luy bailler carreaux.

QVOD vtile multis fuit ad ineundum primò amores. Ouidius eodem loco:

Parua leues capiunt animos, fuit vtile multis
Puluinum facili compoſuiſſe manu.

Ou tronchet, ou paſſet à mettre ſoubs les piedz.

HIS etem̄ initiatur ſæpenumero amor.

Idem eodem loco:

Profuit & tenues vētos mouiſſe flabello:
Et caua ſub tenerū ſcamna dediſſe pedē.

Et proposoit possessoire tout pertinent. En requerant, en ce cas de delay la recreance. Et pour respondre au faict de ladicte partie aduerse, disoit qu'il ne pouuoit auoir aucun droict en ceste matiere. Car son don, ou tiltre estoit obtenu long temps apres celuy du deffendeur, & si n'auoit nommé grádeur ny qualité en Amours.

Qualitates beneficiandorũ.

SVNT autem plures qualitates quæ in beneficiandis requiruntur: scientia, mores, ordo, ætas, & quòd legitimè natus sit. cc. cùm in cunctis. in quo Pan. dudũ. 1. de elect. licet canon. cùm ex eo. eod. titu. in 6. indecorũ. eam te. de æta. & quali. clem. 1. eod. titu. ad hæc. de fil. presby. 3. 88. distin. §. clericos. in authen. de sanct. epis. colla. 9. Ioan. Andr. Anch. in c. si pro clericis. de præb. in 6. Quas verò diœcesani in promouendis vigilãter obseruare debẽt. d. cle. 1. De scientia verò & moribus super uacaneũ disserere est. Nam & si his omnino careant, nulli præterea reiiciuntur,

quin & indoctiores, & incontinentiores maiora pluráue obtineãt beneficia atque officia, in quos Pasquillus saxeus, vt retulit Andr. Alciatus hæc:

Tandem maximè Pontifex galerum
Pasquillo hoc tribuas tuo roganti.
Si sensu sine sum, rude atque marmor:
Complures quoque episcopos creari
Ipso me mage saxeos videmus.

Præsumunt enim S. Pont. & episcopi omnes idoneos. c. fin. de præs. c. 1. de scrut. Sin tamen scire desideres, quæ sciẽtia requiratur, vide Pan. in d. c. cùm in cunctis. col. 1. de morib⁹. totis titu. de vita & hon. cler. de ordine. In minoribus existẽs potest consequi dignitatem seu curam, dum tamen ætatis sit sacerdotalis, ad quod sacerdotiũ infra annũ post adeptã pacificã possessionẽ debet ꝓmoueri. c. 2. de cõstit. in 6. vbi Anch. cc. licet canon. cõmissa. eo. l. si pro clericis. licet. de præben. eo. lib. cle. vt hi qui. de æta. & quali. arg. c. ei qui. de præb. lib. 6. Pan. in d. c. cùm in cũctis. §. inferiora. col. 4. & in d. c. dudũ. Anc. in d. c. licet. & in cle. 1. §. cæterum. de sta. mo. Et an priuatus sit ipso iure, vide Ioan. And. in magno scholio in d. c. Scientia. Ordo.

licet canon. Defectus enim ordinum gratiã nullã ad beneficia curata reddit. Ancha.in c.si eo tempore. de rescrip. in 6.c. præterea.de æta.& qual.dicit tamen præficiendum ad curam debere esse subdiaconũ.Eligendus autem in episcopum debet esse subdiaconus.c. à multis.de ætate c.fin.60.distin. Impetrator gratiæ de clericatu mentionem facere debet.c. cùm à Deo. de rescri. vbi Panor. quia inefficax foret rescriptum,si laicũ se tacuerit. Pan. in.c.ex literis. de rescri. cùm debeat esse tonsoratus.d.c.ex literis.Et quid si se gerat pro clerico,cùm tamen non sit,an valeant literæ, si id asserat? Pan. in d. c. cùm à Deo.dicit non valere: quod cõtrarium sentire videtur Ber. in c. 2. de inst. vbi Pan.Quæ verò ætas requiratur,Zab. in cle.fin.coll.2.de æta.Pan. in d. c. præterea.& in c. super inordinata. de præb. in episcopo autẽ ætas antiquitus erat 35. annorum.§.hoc quoq;. in auth. de sanct. epis.col.9. hodie verò tantùm est 30. annorum.cc.cùm in cunctis. cùm de nobis. de elect. Pan. in dd. cc. præterea. super inordinata. Abbatis verò est 25. an. Pan. in d.c.cùm in cũctis.coll.4.& dd.cc.præ-

Ætas.

terea

terea.super inordinata.& quòd fuerit ordinem regularem expresse professus. c. nullus.de elec.in 6.vbi Ioan.And. in verbo expresse.c.cùm in magistratũ.de elec. vbi Pan.Nec valet consuetudo in contrarium.c.cùm causam quæ.de electio. Imò facta de non professo est hodie ipso iure nulla.Pan.in d.c. cùm causam. c. cùm ad nostrã.& seq.de elec. Nec prioratus, nec administratio cõmitti potest, nõ nisi professo.cle.1.§.sanè.2.de sta. mo. Pan. in c. cùm monasteriũ. de elec. Abbatissæ verò & priorissæ ætas est 30.ann. cõpletorum, & quòd sit ex legitimo matrimonio procreata.c.indemnitatibus.de elec.in 6.vbi Io.And.& Anc. Pan.in d.c super inordinata.Prioris verò cõuentualis 25. & si nõ sit sacerdos,infra annũ debet fieri professus.cle.1.§.cæterum. de sta. mo. Pan. vbi suprà.In monacho requiritur ætas 14.an. Pan.in d.c.super inordinata.In curatis & cæteris dignitatibus ætas est 25.an.d.§.inferiora.Pan.in cc. supradictis. Primicerius autẽ & cãtor quo ordine, & qua ætate esse debeãt,cõsuetudini standũ est. Io.in c. 1.60.dist.Pan.in d. §.inferiora. & in d. c. dudũ.Nec minor 14. annis personatũ ad-

ministrare potest. cc. ex ratione. indecorum. de æta. Canonic⁹ ecclesiæ cathedralis requirit 14. Pan. in dd. cc. præterea. & super inordinata. Beneficia verò simplicia non requirunt sacrum ordinem: si tamen iure municipali, aut cōsuetudine habent administrationē, requiritur tempus 14. Pan. in dd. cc. præterea, &c. Non est præterea capax beneficij puer. c. 1. in q. 1. Beneficium tamen habens septem annos obtinere potest. Pan. in d. c. super inordinata. Et postulatus ad cathedralem debet attigisse 28. annū: & qui contra scienter postulauerint, eligendi, postulandique potestate priuati sunt, ac beneficiis quæ in ipsa ecclesia posside̅t triennio suspensi, extr. dispēdiis. Ioan. 22. de post. in communibus. Et vtrum in beneficiis sufficiat annum attigisse, Zab. in cle. fin. col. 4. de æta. Anch. in d. c. licet canon. in præbendis verò inspicitur tempus datæ. d. c. ei qui. & impetrator debet esse idoneus tempore impetrationis, nec sufficit quòd postea euenerint qualitates. c. nō firmatur. vbi Dyn⁹. de reg. iur. ĩ 6. Pan. in d. c. dudū. col. 4. c. si eo tēpore. de rescr. in 6. arg. §. inferiora. Io. And. in c. si ꝑ cle-

ricis. de præb. in 6. Anch. in d. c. licet canon. Et an expectans præbendam sacerdotalem, non tamen est in ea ætate quæ sacerdotio requiritur, an debeatur illi, cũ ætas superuenerit, Io. And. in d. c. ei cui. Aetas subdiaconatus est 18. diaconatus verò, ac presbyteratus 25. cle. fi. de æta. Requiritur etiam in his legitimitas. dd. cc. cùm in cũctis. nisi cùm pridem. §. personæ. de renun. Et vtrũ legitimat⁹ per sequens matrimoniũ possit esse episcopus, Pan. remissiuè in d. c. cùm in cũctis. Sunt insuper plures aliæ res quæ impediũt quẽ ꝓmoueri, de quibus in c. qui in aliquo. 51. dis. Qualitates autẽ in amore nullæ sunt. Nulla primo ætas. Ouid. in 1. de Arte: Aetas mollis, sed apta regi. Et in eod. *In amore nullæ qualitates.*

Seu te fortè iuuat sera & sapientior ætas:
Hoc quoque crede mihi crebrius agmen erit.

Propertius in 2.

Cùm sene nõ puduit talẽ dormire puellã:
Et canæ toties oscula ferre comæ.

De Aurora quæ adamauit Titonũ loqtur.

Paul⁹ Silentiarius:

Ὁ περὶν ἀμαλθάκτοισιν ἐνὶ φρεσὶν ἤδη ἐν ἥβῃ
Οἰσοφόρον παφίης θεσμὸν ἀπεπτάμενος

Γνιοβέροις βελέεσσιν ἀνέβατος ὁ πρὶν ἐρώτων
Αὐχένα σοῖ κλίνω κύπρι μέσαι πόλιος
Aprilis vnde. Δέξο μι καγχαλόωσα, σοφὴν ὅτι παλλάδα νι-
κᾶς
Μία πλέον, ἢ τὸ πάρος μήλῳ ἐφ' ἑσπερίδων.

Latinè ſic Ottomar⁹ Luſcini⁹ reddidit.

Qui potui iuuenis ſapienter temnere leges,
Quondã prædulceis ô Ven⁹ alma tuas.
Spicula carniuorũ vitare edoctus amorũ:
En mea colla ſenex ſub iuga mitto tua.
Victa iacet Pallas, magis hæc cape læta trophæa,
Aurea quàm paſtor cũ tibi mala dedit.

Pontanus:

Quid rides matrona ſenem? quid temnis amantem?
Quiſq; amat, nulla eſt cõditione ſenex.
Quiſquis amat, iuuenem par eſt matrona vocare:
At qui nullus amat, iure ſit ille ſenex.
Tempus habet metas, & conſtat tempus ab annis:
Et peragunt annos ſydera cuncta ſuos.
Sol⁹ amor neſcit tẽpus, nec ſubiacet ãnis:
Aeuo ſed fruitur, perpetuusq; manet.
Quid mihi nunc annos obiectas, quidúe

senectam?
Nullus amor fines terminat ipse suos.
Deformitas insuper, nec corporis neglectus cultus nihil obsunt.

Sappho Ouidiana sic fatur:

Candida si non sum, placuit Cepheia Perseo:
Andromade patriæ fusca colore suæ.

Idem in 2. de Arte:

Nõ formos⁹ erat, sed erat facũd⁹ Vlysses:
Et tamen æquoreas torsit amore deas.

In primo:

Forma viros neglecta decet, Minoida Theseus
Abstulit, & nulla tempora iunctus acu.
Hippolytum Phædra, nec erat bene cultus, amauit:
Cura deæ syluis aptus Adonis erat.

Propertius in secundo:

Vidistis pleno teneram cãdore puellam,
Vidistis fusco, dulcis vterq; color:
Vidistis quandam Argiua prodire figura;
Vidistis nostras, vtraque forma rapit.
Illaque plebeio vel sic sandicis amictu:
Hæc atq; illa mali vulneris vna via est.

Plato Archęnassã meretricẽ Colophoniã rugosam deamauit, de qua hęc ꝓferebat,

Ἀρχαίνασσαν ἔχω τὴν ἐκ κολοφῶνος ἑταίρην
ἧς ἀπὸ ῥυτίδων πικρὸς ἔπεστιν ἔρως. id est,
Archęnaſſam Colophoniam habeo meretricem, cuius in rugis amar⁹ ineſt amor.
Illius epigramma hoc modo tranſtulit Politianus Angelus.

Archęnaſſa mihi meretrix Colophonia nunc eſt:
Cuius & in rugis inſidet acer amor.
Ah miſeri à prima tetigit quos illa iuuēta
Igne ſuo medij vos rapuere rogi.

Nulli deformes amores.

Inter vulgarium ora prouerbium eſt, nullos deformes eſſe amores. Nā vt ait Fab. lib. 6. cap. de diuiſione affectuū, Amātes de forma iudicare non poſſunt, quia ſenſum oculorum premit amor. Eſtque Platonis ſententia ἐκτυφλοῦται γὰρ ὁ φιλῶν περὶ τὸ φιλούμενον, id eſt, occęcatur amans circa rem amatam. Nam vt ait Ioan. Chryſoſt. hom. in dominicam 18. poſt Pentecoſten: Perfectus amor verum iudicium non cognoſcit, ſicut nec perfectum odium, vt etiam docuit Theocritus Eclo. 6.

Ἦ γὰρ ἔρωτι,
Πολλάκις ὦ πολύφαμε τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται.

Hęc & alia demonstrauit Ouid. libro 2. Elegia.eleg.4.cuius hęc sunt:

Candida me capiet, capiet me flaua puella,
Est etiam in fusco grata colore Venus.
Seu pendent niuea pulli ceruice capilli,
Leda fuit nigra conspicienda coma.
Seu flauent, placuit croceis Aurora capillis.
Omnibus historiis se meus aptat amor.
Me noua sollicitat, me tangit serior ętas:
Hęc mollior specie, morib⁹ illa placet.
Denique quas tota quisquam probat vrbe puellas,
Noster in has omneis ābitiosus amor.

Ains auoit seulement seduicte celle dame par persuasion.

PERSVADERE autem est plus quàm compelli, & cogi sibi parêre, sed persuadet Græcè καταπείθω. Etiam bonum consilium quis dando potest persuadere & malum. l.1.§.qui bona.ff. de seruo corr. l. si quis seruū.ff.de iniur. Quid si serua fuisset, & sollicitauerit illam vt amaret? illo edicto teneretur. d. §. ver. sed vtrum. l. nunquam.ff.de priua.delic.l.sed est quę- *Persuadere.*

stionis.ff.de iniur. Quid suadere & persuadere, Budæus in d.l.1.

Et belle parolle.

Appellare. ISTVD est appellare, quod est blanda oratione alterius pudicitiam attentare. Appellat enim qui sermone pudicitiam attentat. Non tamen omnis qui appellat, edicto de iniuriis conuenitur. Neque enim si quis colludendi, si quis officij honestate faciendi gratia id fecit, statim in edictum incidit, sed qui cõtra bonos mores id facit. l. item. §. appellare. ff. de iniu. Quintil. in 4. cùm de narratione tractat exemplificans: Vxor marito dixit appellatam se de stupro à priuigno, & sibi constitutum tempus & locum, eadem contrà filius detulit de nouerca. Seneca libr. 2. Declamationum: Ter illam appellauit de stupro adiectis preciis. Et pro eadem significatione attentare. l. attentari. ff. de iniur. *Attentare.* Quanam enim pœna teneatur qui attentauerit assistriam, aut diaconissam, aut monastriam, in §. si quis rapuerit. in aut. de sanct. epis. col. 9. videndum erit.

Tellemẽt qu'elle s'estoit cõdescẽdue à l'aymer, & l'auoit en garde.

ERGO depositum, quòd ad custodiendum ei data esset. l. 1. ff. eod. Solent enim mulieres ob amorẽ seruæ deponi, vt plurimùm inter scholares. l. quæ depositis. §. si quis. l. ea. l. si seruus communis. §. idq;. ff. de furt. Non possunt tamen depositarij harum vti opera, ni conuentum sit. d. §. si quis. §. si conueniat. ead. l. c. contractus. de reg. iur. in. 6. ni sponte præstent. Paul. in d. §. si quis. Quibus interim præstare debeat cibaria. d. §. si quis. quòd ministerio eius vtatur. l. item si. §. fi. ff. de æd. edict. l. si id. §. 1. l. si vir. §. fi. ff. de do. inter vir. & vxo. l. sicut impendia. ff. de vsufruc. arg. l. in rebus. §. possunt. ff. commod. Ad quæ non tenetur, nisi vsum habeat. Bart. in d. §. possunt. Sunt enim modica impendia cibaria, illo. §. possunt. Verũ sufficienter autem alere, & vestire debet, secundũ ordinem, & dignitatem. l. sed si quid. §. sufficienter. ff. de vsufru. quia id consueuerunt mulieres, propter quod etiã nonnullæ fornicantur. Non enim fabis & caseo, vt rusticus, vesci consueuerunt. Si tamen necessarias impenderit, vtputa in valetudine, aut in ea requirenda, atq; reducenda si quãdo aufugerit, errauerit q;,

Depositũ

Depositarius rei depositæ opera nõ vtitur.

Depositarius seruo quas expẽsas præstare debeat.

quod plerunque cõtingit, repetet. arg. d. §. possunt. & l. si necessarias. ff. de pigno. act. Paul. in d. §. si quis. Præcauere etiam non segniter depositarius debebit, ne deposita deteriorentur morbis, præsertim cancris, carcinomatibus, apostematibus, & omniũ periculosissimo Neapolitano, cùm quod si in omni animantium genere sontici sint, maximè in muliere: alioquin depositi & legis Aquiliæ tenebitur. d. l. in rebus. Idq; attentius in deponente obseruandum erit, ne vitiosam deponat, & huiusmodi morbis labefactatam, cùm id facilè depositarius possit ignorare. Latent enim hi nonnunquam morbi, quia ex hoc teneretur. d. l. si seruus. §. idq;. Rei verò depositæ & proprietas, & possessio penes deponentem remanet. l. licet. ff. depo. neque interdictum vti possidetis, intentare poterit.

Rei depositæ proprietas & possessio penes deponẽtẽ remanet.

Qui estoit mal faict à luy, veu qu'il sçauoit bien qu'il l'auoit parauant acceptee à dame, & en estoit pourueu. Disoit oultre pl⁹ que son don ne pouuoit rien valoir: car le

bien n'estoit point vacquant, au temps qu'il l'accoincta : & n'estoit qu'vne entreprinse faicte, pour luy cuider faire bailler le bon de sa dame: & par mauuaiz rapportz ou lō ne deuoit point adiouster foy.

A quoy ledict amoureux demādeur pour ses repliques disoit que en matiere d'Amours n'a point de priorité ne de posteriorité.

ETSI qui tempore prior, in iure potior sit. l. si fundum. l. generaliter. l. diuersis. C. qui pot. in pign. hab. c. cùm autem. de iur. patro. & intra duumuirales antiquissimus quisque prior cæteris præferri debeat. l. 1. ff. de al. scrib. Et prius ordinatus cæteris maior sit. c. 1. de maio. & obed. c. fin. 75. dist. & posteriores episcopi prioribus non debeāt præponi. c. episcoporum. 74. distin. In amore tamen nec prioritas quidē, nec posterioritas locum habent, vt frequentius qui vltimò venerit, feruētius explosis veteribus ametur, quod forsan mulieris conditionē pinguiorē fecerit. l. in naue. in fin. ff. loc. Si enim in aliquibus *Qui prior tēpore, potior in iure.*

In amore posteritas & priori tas locum nõ habẽt. specieb⁹ gratificationi locus sit, maximè in amore, id est, argu. l. si quis seruum. §. si inter duos. & sequen. ff. de leg. 2. Est etiã in amore personarum acceptio. Ber. in d. cùm autẽ. Vt si omnibus opem ferre non possit, vni tãtũ auxilietur. l. 3. §. si cùm omnis. ff. ad Syll. quibus etiam exactis reconciliatur primus.

La raison est bonne, car l'amour & le bien viẽt des dames, & est en leur faculté de le donner & tollir toutes & quantesfois qu'il leur plaist, & à qui bon leur semble.

Amor precariũ. EST enim amor precarium, quòd petentis precibus vtendus concedatur, ꝙ dissoluitur, quando illi qui concesserit, libuerit. l. 1. ff. de prec. Est nanque natura ęquũ, tandiu te liberalitate mea vti, q̃diu ego velim, vt possim reuocare cùm mutauero voluntatem. l. 2. l. & habet. ff. eo. c. fi. eo. vt etiam conuentio vti ad certũ tem pus amet, quin possit antea reuocari, non valet. l. cum precario. ff. eo. Pan. in d. c. fi. at consuetudo in contrarium non valeret: quia contra amoris naturam. Ioann. And. in c. 2. de consti. in 6. Nec enim rem

aliená inuito domino possidere possum. d.c.si.Iniustæ insuper conuentiones honestæ non sunt.Pan.in d.c.si.alioquin amor non esset vltroneus,sed coactus: qđ quàm absurdum esset,& periniquum,quũ solis animis amor consistat.l.3.ff.de dona.inter vir.& vxor.Nec contra erit hoc verbum donare, quia si propriè donatio esset,non posset repeti.l.1.ff.de dona.Est itaq; precariũ quoddam donationis genus,cùm ex liberalitate proficiscatur. d. l.1.ff.de prec.Sunt etenim nonnunquam interpretanda verba iuxta rei de qua agitur naturam.Pan.in c.constitutus. col. pen.de rel.do.

Verba interpretanda iuxta naturam rei de qua agitur.

Et ainsi doncques qu'il failloit qu'elles fussent contrainctes à aymer tousiours vn qu'elles auoyent au cõmencement sans le changer.

NEMO enim eam sibi potest legem dicere,vt à priore ei recedere non liceat.l. si quis.in princ.ff.de leg.3.Et suæ quidem quisque rei moderator atque arbiter est. l.in re mandata.C. mand. l. etiam. §. licet.ff.sol.mat.l.sed si lege.§.constituit.l. si quid possessor.l.sicut autem.ff.de peti.

Legẽ nemo sibi imponit.

Quilibet moderator rei suæ.

hære.l.legis.ff.ad le.Aquil. c. de his. de sepul.Iustum verò est sua cuique cõmittere.l.nemo.C.de iud.

Ou prendre deuers elles qui sont dames & vsant de franche liberté seroyent subiectes de soubmettre leurs cœurs aux voluntez des hommes, sans le pouuoir oster. Parquoy deuiendroyent serues, & priuees de franchise & domination, qui est le plus beau priuilege qu'elles ayent.

Libertas.

LIBERTAS inæstimabilis res est.l.libertas.ff.de regu.iur.§.pen.Inst.quib.ex cau.maio.Infinita est æstimatio libertatis,& necessitudinis.l.non est. ff. eod. l. procurator.§.fi.ff.rem ra.hab. Nec liberum corpus æstimationẽ recipit.l.ex hac. ff.si qua.paup.l.1.§.sed cùm.l.fi.ff. de his qui deiec.l.2.§.cũ in eadẽ.ff.ad leg.Rho. de iact.l.liber homo.1.ff. de verb.obl. Et libertas omnibus rebus fauorabilior est. l.libertas.ff.de reg.iu.nec ignotum quòd multa contra iuris rigorem pro libertate sunt constituta.l.generaliter.§.si quis ser-

Liberum corpus æstimationem non recipit.

uo.ff.de fid.lib.& libertatis datio grande beneficiũ est.l.1.ff.de bo.lib.Est prætérea libertas actus pius.l.1.§.sin autem. C. de communi ser.ma.& dicitur quædã dignitas.Pan.in c.1.de ser.non ord.& quid spirituale.Ber.in c.nullus.eo.& in c.2.de appel.At contrà seruitus morti ferè comparatur.l.cùm hic status.§.si donator.ff. de don.inter vir.& vxo.l intercidit.ff.de cõdi.& demon.l.seruitutẽ.ff.de reg.iur.§.si verò decretũ.in aut.de ser.non ord. Paulus ad Corinthios 7.monet nos liberos fieri si possumus.Quanta sit libertas, ex iurisconsultis patet:nũc verò nõnulla ex poëtis,oratoribus, historicis, ac philosophis, in mediũ afferamus:cum qua paululũ immorari non pigebit,cùm etiam illius neminem tædeat. Homerus torrens ingeniorũ lib.17.Odysseæ dimidiũ ingenij deũ huic abstulisse,qui in miserã serui fortunã venerit:& apud Homerũ Mantuanũ Andromache lib.4.Aeneid.paucis seruitiũ ostẽdit põderosum:Stirpis Achilleę fastus iuuenẽq; superbũ Seruitio enixè tulimus.Euripides in Hecuba seruitutem miserrimã dicit, quę plurima præter ęquũ fert.Plautus plurimus in hac re est.

Seruitus morti æquiparatur.

Ergo in seruitute expetunt multa iniqua.
Habendum & ferendum hoc opus est cũ labore. -In captiuis:
Omnes profectò liberi lubentius
Sumus, quàm seruimus. Et ibi.
Quid tu, seruósne an liber mauelis? memora mihi.
Proximum quod sit bono, quodq́ue à malo longissimè,
Id volo, quanquam non multum fuit molesta seruitus.
Periplectomenus in Milite glorioso, lepidius liberum esse, quàm procreare liberos. Hercle verò liberum hominem esse id multò est lepidius. Nam Pleusides antè dixerat lepidum esse creare liberos. Syra interrogata ab hera quid tantũ oneris ferret, respondit, Annos octoginta & quatuor. Et eodem accedit seruitus Magistrę apud Ouid. lib. 8. Met. quę ne serua fieret, quòd pater Erysichthon eam ob famem venundare vellet, Neptunũ, à quo fuerat rapta, exorat, ne id patiatur, eiusq; misertus in piscẽ vertit. Seneca in Throade: Durum, inuisum, graue est seruitia ferre. Titus Stroza:
O' nimiũ fœlix generoso pectore digna
Libertas

Libertas cunctis anteferenda bonis. Nunc è penu Ciceroniana, quæ ad rē refertissima est. In primo de Orator. Libertatis iudicio nullū esse grauius posse ait. In oratione 2. De lege agraria cōtra Rullum: Quid tam populare, quàm libertas, quam non solùm ab hominibus, verum etiam à bestiis expeti, atque omnibus rebus anteponi videtis? Et ad Atticum libr. 15. De libertate retinenda, qua certè nihil est dulcius. Sallustius in Catilina: Sed libertatem, quam nemo bonus, nisi cum anima simul amittit. Lepidius in oratione ad Quirites, quæ ex C. Crispi historiis superest: Nā quid à Pyrrho, Annibale, Philippoq; & Antiocho defensum est aliud q̃ libertas? C. Cæsar libr. 4. Comm. belli Gallici: Omneis homineis natura libertati studere, & conditionem seruitutis odisse. Q. Curtius in 6. precium liberis seruitutis ingratū esse dicit. Buris & Spartis Lacedæmones sponte ad Xerxem profecti ad suppliciū scilicet, ꝙ eius caduceatores interemissent, hortatiq; eū sunt pro Spartanis, vti eos, quo modo vellet, cruciaret, miratusq; Xerxes illorum fortitudinem, eos absoluit, rogauitq;, vt apud eū

manerent, & etiam Indarnus eius præfectus, eisdéq; honores pollicebatur, quos amicis impartiebatur. Cui Lacedæmonij: Nobis ignorare videris, quantũ sit libertatis bonũ, quã nemo compos mentis cũ Persarum regno cõmutauerit. hæc Herodotus. Virginius filiã Virginiã interemit, quòd contra ius in seruitutẽ addiceretur, stupraretúrq;: de quo l. 2. §. initiũ. de orig. iur. & Liuius lib. 3. & vt idẽ in 28. author est, Astapani maluerunt suos filios occidere, seq; in ignẽ conicere, q̃ in seruitutẽ hostiũ Romanorũ deuenire. Molestissimũ est enim seruire, vt dicit Iosephus li. 2. c. 16. belli Iudaici. Diodorus lib. 3. legẽ apud Indos fuisse cõmemorat, qua cauebatur neminem seruum esse. Seruitutem

Seruitus. autẽ hi boni authores maximum malum docuerunt. Plato de Repub. seruitutẽ magis q̃ mortem timendam fore scribit. de qua Cicero, Philippica 2. Seruitus postremum malorũ omnium non modò bello, sed morte etiã repellendum. Et in 3. Cùm autem est omnis seruitus misera, tum verò intolerabile est seruire impuro, impudico, effœminato, nunq̃ in metu quidem sobrio. Et alibi: Nihil fœdius seruitute. Et

in 10. Omnis est misera seruitus. Liberũ & libertatem antiqui lœberum & lœbertatẽ, vt Pompeius ait, dicebãt. Libertatis templũ Romæ in Auẽtino structum fuit. Libertas, vt commune omnium dictũ est, non bene pro toto venditur auro. *Liber.* *Libertas.*

Et aussi tout le plaisir seroit dehors, ne n'auroyẽt plus d'amour de luy. Car par ce moyen il leur faudroit admettre, ce qu'elles deuroiẽt hayr. Et ny auroit iamais nul ieune amãt pourueu, ne aduãcé, pour seruice qui peust faire : par ce que les premiers voudroyent tousiours gouuerner. Surquoy ledict deffendeur disoit au cõtraire, que lon ne doibt point ainsi despoincter vn loyal amant, qui ha bien seruy, sans cause ne matiere : & sans ce que sa dame l'eust trouué en faulte ou presẽt meffaict. Ains fault qu'il soit ouy premierement, & qu'il y ait declaration sur la priuation, ou

autrement iamais il n'auroit bien ne seruice remuneré. Car il aduiendroit tous les iours que ieunes amoureux pour estre auançez, & entrer en la grace des dames, qui croyent moult de legier tout ce qu'on leur rapporte.

Mulieres credulæ.

SVNT enim mulieres credulæ: Strozæ pater:

Quãta puellari leuitas ĩ pectore regnet:
Quàm citò consuerint credere falsa mones.

Et leur louãge foulleroyent & suppediteroyẽt les autres par blãdissemẽs & belles bourdes: ou par mauuaises parolles, qu'ilz apporteroyent de leurs personnes pour deuenir maistres, & leur oster leurs lieux. Et ainsi tous amoureux qui auroyent doncques faict leurs deuoirs le temps precedent pour biẽ seruir auroyẽt des maulx. Et les ieunes pour mal faire & mal rappor-

ter, seroyent honnorez & bien venus ou n'a apparẽce. Et sur ce furẽt les parties appointees. Et depuis ledict Cõseruateur par sa sentence dit & declaira, que en tãt que touchoit le principal, parties estoyent cõtraires & feroyẽt leur enqueste: & icelle faicte & rapportee par deuers luy il leur feroit droict. Et au regard de la recreance des possessions & choses contentieuses.

RECREDENTIA vindicia est, vel si maluis vindiciæ pluratiuè Latinius dicentur à Vindicio Vitelliorũ seruo, in cuius personã Brutus Romę primus secundũ libertatẽ vindicias dicit, id est, vt in possessione suę libertatis sit, donec aliter ꝓnũciet. De qua voce & historia & Virginij. l. 2. §. initiũ. ff. de orig. iur. Asconi⁹ in Oratione ꝓ Cornel. Plutarch⁹ in Publicola. De Vindicio Liuius lib. 2. De. Virgi. lib. 3. Dionys. Halicarnasseus li. 11. Sunt tamen qui à vindicando vindicias putẽt dici, qđ vocabulũ pro vindicias dari accipitur. Li- *Vindiciæ.*

uius: Vindicatur Virginia ꝓpinquis spōdentibus. Vindiciȩ appellantur rȩs eæ de quibus controuersia est, de quibus Cincius sic ait: Vindiciæ olim dicebantur quȩ ex fundo sumptæ in ius allatæ erant. Seruius Sulpitius vindiciam esse ait, ab eo quòd vindicatur res ex controuersia. Hȩc ad verbũ F. Pōpeius, & sequentia. Asconius in 3. in Verrem: Lis vindiciarum est cùm litigatur de ea re apud prætorem, cuius incertum est, quis debeat esse possessor: & ideo qui eã tenet, satisdet pro præde litis vindiciarum aduersario suo, qui illi satisfaciat nihil deterius in possessione facturum, de qua iurgiũ esset. Prædes ergo dicuntur satisdatores locupletes, pro re de qua apud iudicem lis est, ne interea qui tenet diffidens causæ possessionẽ deteriorem faciat, tecta dissipet, excidat arbores, & culta deserat, & bona ipsius prȩdis ob ipsam fideiussionem obnoxia non vno nomine bona prædia dicuntur. Aliqua per Ludouicum Cælium libr. 9. c. 53. inuoluit tamen magis quàm explicet, omnia affectatè exponens, Græca Latinis commiscens: doctè magis & eloquenter, Budæus in d. l. 2.

Praes.

Bona praedia.

Il adiugea audict demandeur le requerant pour en iouyr, regir, & gouuerner, soubz la maĩ d'Amour, pendant le proces: & iusques à ce que autrement en fust ordõné. De laquelle sentẽce ce dict deffendeur en ha appellé en la court de ceans, ou ledict proces ha esté receu pour iuger. Si ha la court veu ce que faisoit à veoir en ceste matiere: & tout veu, ladicte court dit, que entant que ledict Conseruateur adiugea la recreance audict demãdeur, il iugea mal. Au surplus, en amendant le iugement, la court adiuge ladicte recreãce, & iouyssance des possessions & choses contentieuses, audict deffendeur.

QVI antiquiorem possessionem probat, in hoc interdicto obtinet. Bar. in l. 2. ff. vti possid. & in l. vni. C. eod. Erat verò rei precaria possessio, quæ frequentior in amore est, quę alioquin iuncta est. l. com-

Qui obtinere debet in interdicto vti posse.

muni. §. inter. ff. communi diuid. præsertim in virginibus: aut violenta, quæ solet esse sæpe in meretricibus, & prostitutis: siue clandestina, quę in vxoribus est: quæ verò possessiones in amore validæ sunt, Terentius in Eunucho:

Hanc tu mihi vel vi, vel clã, vel precariò
Fac tradas: mea nihil refert, dum potiar
modò. Calentius:

Quando ego vel dominus, vel vi possessor habebo,
Tam bene cõpositi corporis imperiũ.

Debet enim qui in hoc obtinere desiderat possessionem & tempore turbationis, aut etiam litis contestatæ probare. §. quorum. Instit. de inter. Is etiam obtinet, qui titulum probat. Bar. in d. l. vni. Sin autem vnus ciuiliter, alter naturaliter probent, ob quod hoc competit. Accur. in d. l. fi. ff. eo. Si æqualiter probent, poterit iudex eos ꝑ parte dimidia & indiuisa possidere pronunciare. Ber. in c. licet. de proba. Bar. in d. l. vni. Imò si duo sint vsufructuarij, vt sæpe cõtingit, quin etiã plures, aut mille, simulato tamen vno & eodem amore mulier prosequitur, pronunciabit iudex, vti possidebatis, ita possideatis. Vt

diuersis tamen temporibus vtantur. Bar. in d.l.2.ff.eo.ne scilicet deueniant ad arma.l.æquissimum.ff.de vsu.ne vtique detur occasio maioris tumultus faciendi.l. non est singulis.ff. de regul.iur. Quibus etiam prohibere poterit ne armati ingrediantur possessionem.Bar.in d.l.æquissimum.argu.l.via.ff.de seruit.& d.l.communi.§.sed & si.& §. cùm de vsufructu. Sicut si duo de hæreditate contendāt, poterit iudex prohibere, ne possessionē ingrediantur.Paulus in l.fina.C. de edicto di.Hadria.collat.2.Facile tamen erit potiorem probare possessionem. Difficile quidem est,& perquàm raró euenit,ne vnus præ cæteris diligatur.Terentius: Sanè quia verò hæ mihi patent semper fores, Aut quia sum apud te primus. Phędria Thaidem alloquitur: & Philotis in Hecyra:Eandem pol esse omnibus iniurium est.Aristippus Socraticus Cyrenaicorum,vt affirmat libr.3.c.15.Instit. diui. Lactantius magister,& Cicero lib.9.Epistolarum ad Pætum,& Diogenes in eius vita, non erubuit,cùm illi obiiceretur cū Laida habere, respondere se habere Laida,non ab ea haberi. Vnde tractum est *Aristippus.*

prouerbium: Non eſt cuiuſque Corinthum nauigare. Sicut Acron lib. 1. Epiſtolarum, epiſtola 18. voluit. Cuiuſque verò meretricis maior (vt vulgus loquitur) canis quiſpiam eſt.

Et ſi retient la court la cógnoiſſance de la cauſe principale, ou les parties viendront proceder ceans au premier iour, ainſi qu'il appartiendra par raiſon.

LE VI. ARREST.

Vne Dame demande deſpens, à cauſe de certain pelerinage, qu'elle auoit voué pour ſon amy malade.

DE certaine taxation de deſpés, que deux cóſeillers de la court de ceans auoyent faicte à vne ieune dame, à l'encontre d'vn ſien amy, montant la ſomme de x i x. liures, i i i. ſolz. v i. deniers Pariſis.

A TAXATIONE expenſarum, ſi mo-

dus excedatur, appellatur. l. finali. in qua Bartolus. C. quando prouoca. non est necess. Idem in l. ab executore. collatio. 3. ff. de appellat. Angel. Aret. in §. hęc autem. collatio. 4. Institut. de pœn. teme. litig. Non potest tamen à sententia expensarum sententiæ interlocutoriæ à qua non fuit appellatum post decennium appellare, si non excederetur modus. Panormit. in capit. sæpe. in fine. de appell. Constitutione enim inuicti principis Caroli VIII. cauetur, vt cùm ab expensarum taxatione prouocatur, articulus in quo se offensum dicit notetur: quòd si à nullo appellet, verùm in fine tantũ, taxatio hæc nihilominus robur sortietur suum, & ex ea executio fiet. *A taxatione expensarũ appellatur.*

Pour raison de certain voyage & pelerinage, ou elle auoit par grã de ardeur voué sondict amy.

VOVENT frequentius peregrinationem mulieres, q̃ quid aliud. Desiderant enim proficisci, præsertim post pascha: lasciuiæ tamen magis causa quàm religionis & deuotionis, & plurimùm citra viri assensum, etsi id non possint. Panor. in c. *Mulieres peregrinantur.*

ſcripturæ.col.3.& vot.de vot.redẽp.Vxor tamen in domo viri,cùm ſeſe voto conſtrinxerit,& iurauerit,ſi audierit vir,& tacuerit,nec contradixerit, ſponſioni reddet, quodcunque promiſerat: ſin autem exemplo contradixerit, non tenebitur promiſſionis rea, quia maritus contradixerit, & dominus ei propitius erit. Nume.c.30. Videtur tamen mulierem hanc non poſſe repetere,cùm à principio facerè non teneretur: Emiſſum igitur neceſſariò adimplere. Nam liberum eſt in vniuerſis in vouendo arbitrium,ſed poſt votum neceſſaria ſolutio.c.licet.eod. Multa enim ſunt facienda non iubente lege,ſed libera charitate. Et ea ſunt in noſtris officiis gratiora, quæ cũ liceret nobis etiam non impendere,cauſa tamen dilectionis impendimus.c.iam nunc.27. quæſt.1. At ſecundum contractus naturam regulantur vota, quæ cùm ſint ab initio voluntatis, ex poſtfacto tamen neceſsitatis ſunt.l.ſicut.C. de actio.& oblig. Panor. in d.c.licet.1.not. Sicut autem voluntatis & officii magis,quàm neceſsitatis eſt commodare: ita modum commodati, finemque præſcribere eius eſt,qui bene-

ficium tribuit. l. cõmodato. §. ficut ff. com. Verùm hæc propter amicitiam & societatem profecta, viatica meritoriorum, & stabulorum, & iumentorum, currulorũq; vecturas, vel sui siue sarcinarum gratia, amico imputabit. l. si fratres. §. si. quis. ff. pro soc. Sed vt aliquid è penu poëtarum addam, necnon ad rem vouẽt amicæ, pro salute amicorum, vel econtra. Ouid. in. 2. Epistola:

Amica pro salute amici vouet, vel ecõtrario.

Thesea deuoui: quia te dimittere nollet.

Et pòst:

Sæpe deos supplex, vt tu scelerate valeres,
Sũ prece thuricremis deuenerata focis.

Tibullus:

Ille ego, cùm tristi morbo defessa iacêres,
Te dicor votis eripuisse meis.
Ipseq; ter circum lustraui sulphure puro,
Carmine cùm magico percinuisset an⁹.
Ipse procuraui, ne possent sæua nocere
Somnia, ter sancta deueneranda mola.
Ipse ego velatus filo, tunicisq; solutis,
Vota nouẽ Veneri morte silente dedi.

Vouet etiam Calentius pro recuperata Aurimpiæ valetudine.

Et auquel elle auoit esté nudz piedz pour luy, à fin qu'il fust guery d'vne grieue maladie de fieures blanches, qu'il auoit lors. Et aussi pour achepter des bouquets de romarin, & genieure, dont on l'auoit chauffé, & d'autres menues drogueries, qu'õ luy auoit baillees durant sa maladie.

Impensas in seruo curãdo factas quis recuperat.

IMPENSAS quas vir in seruo dotali curando fecit recuperat. l. itẽ isti. ff. de ædi. edi. l. diuortio. §. impendia. ff. sol. mat. vti etiam commodatarius. l. in rebus. §. possiunt. ff. cõmo. & si medico dederit pecunias. l. si necessarias. ff. de pig. act. Et socius vulneratus à sociis repetet quod in medicos impensum est. l. cùm duobus. §. quidem. ff. pro soc. Est enim necessaria, l. 1. 2. ff. de imp. in reb. do. Bar. in d. l. impẽdia. Et cui debentur alimenta, ita & pharmaca. l. cætera. ff. de ver. signi. Bar. in l. si cùm dotem. §. si autem. ff. sol. mat. & in l. legatis. ff. de ali. & cib. quod verum est, si magnæ. leg. omnino. l. penult. ff. de imp. in reb. Bar. Pau. in d. l. impendia. Iidem

in d.§.si autem. Gestor tamen minimas recipit.d.l.omnino.vbi Bar. Quid sit modica boniviri est arbitrari.d.l. pe. Acc. & Bart.in d.l.omnino.Et has curator recuperat actione negotiorum gestorum:maritus verò contraria de dote, vel mandati,dict.leg.omnino.Bar.in l.1.ff. de imp. in reb.Furiosæ autem vxori medicina vir & tenetur succurrere,& cogitur.d.l. si cũ dot.§.si autem.

Cest amant cy s'est sentu aggraué,& en ha appellé en la court de ceans. Le proces ha esté receu pour iuger, & ha la court veu ladicte taxation de despens,& diminution baillee au contraire. Et tout veu,la court dit, qu'il ha esté bien taxé par lesdictz Cõseillers, & mal appellé par l'appellant, & l'amendera.Et si le condemne es despens de la cause d'appel,la taxatiõ reseruee par deuers elle.

LE VII. ARREST.

Sentence sur vne fondation faicte de rête non amortie, par vn quidam amoureux d'vne religieuse.

PAr deuant les Conseillers ordonnez sur le faict de la Iustice du thresor d'Amours, s'est assis vn autre procès entre le procureur d'Amours dudict thresor demandeur d'vne part, & vn ieune amant deffẽdeur d'autre part. Et disoit ledict demandeur, que nul amant ne peult tenir par acquisition aucuns biẽs d'Amours, ny faire fondation de rẽte, ou reuenu, si elle n'est deuement amortie.

Amortisatio. ISTVD constitutionibus principalibus in Gallia introductum est: quibus cauetur, vt ecclesiasticæ personæ, collegia, monasteria, prædia, pensiones, canones acquisitos amortisare teneantur apud regem & cameram æris fiscalis: in cuius fidem necesse est instrumẽtum authenticum

cum. Est enim amortisatio(vti hæc vox vulgariter apud Gallos accipitur)iuris remissio,quæ itroducta est ne nobiles, vassalli& cæteri ob huiusmodi alienationes pauperiores facti,seruitia & debita min⁹ idoneè principi impendant,& soluāt, necesseq; sit vt regni deterius se res habeāt, cùm intersit regis plures diuites habere. Studet Imperator vt subiecti locupletentur.in auth.vt iud.sin.quo.in princ.Expedit etiā Reip.ne sua re quis malè vtatur. §.penul.Inst.de his qui sunt sui.l.1.C. de ement.ser. Illud enim idem ꝙ cuiusque priuati primò interest, ita & Reip.secundò.Accur.in.§.fi.Insti.de iust.& iur.& in §.pen.Inst.de his qui sunt sui.cùm huiusmodi obsequiis ecclesia sit immunis. An autem res ad ecclesiam trāsiens, eat cum onere pensitationum tam præteritarum, quā futurarum,Paul.in l. inter debitorē. ff.de pact. & in l.1.§.1.ff.de publ.Pan.in. c.fin.de vi.& hone.post Ber. & est facti, cū si ad alium huiusmodi res amortisatæ deueniant,eo tamen iure non vtantur: & Caroli 6.constitutione in amortisatione tertia pars valoris rei datur ærario regio. Quòd si amortisata non fuerit,ex ea re

Interest imperatoris plures diuites habere.

Res ad ecclesiam transiens an eat cū onere pēsitationū.

exigetur amortisatio. Ioan. in c. si tributũ. 11. q. 1. vbi viderint vtrũ è reb9 ecclesiasticis, vel clericorũ tributũ soluendum sit. Aliis constitutionibus iussum est, vt res non amortisatæ sub manu regia ponãtur, sub qua ecclesia vtatur, & infra annum & diem alienet, alioquin committetur: quibus cõstitutionibus cum Ambrosio cõtra Auxentiũ respõdebo: Si tributũ petit Imperator, non negamus, agri ecclesiæ soluant tributũ: si agros desiderat Imperator, potestatem habet vendicandorum, tollat eos si libitum est: Imperatori non dono, sed non nego. d. c. si tributum.

Et que toutes & quãtesfois qu'aucun fait contre Amours, est en possesion de prendre les fruictz & le reuenu de la rente non amortie: c'est à sçauoir de trois annees, l'vne. Or disoit le dict demãdeur, que ledict deffendeur sans licence d'Amours, n'auoit sur ce amortissemẽt, & auoit faict vn contract par maniere de fundation, auec vne Religieuse: par lequel elle estoit tenue

de prier pour luy, & de dire aussi certaines oraisons.

HOC in missa esse non poterit. Nam nõ potest sacerdos ad certi cuiuspiã diui missam per annum celebrandam arctari, cũ nec propter has peculiares missas feriarum sacra debeant omitti. c. quidã. de celeb. miss. quod ibi Pan. intelligit, vbi solus sacerdos esset. arg. c. significatum. de præben. vbi idem. 2. not. Quę missæ peculiares diebus solennibus non ita publicè decãtandæ sunt, vt populus à solennibus auocetur. c. & hoc. de cõse. dist. 1. Nec patronus celebrandi aliquẽ modus præscribere potest: hoc verò decernere ad superiorem spectat. Pan. in d. c. significatum. Verùm illicita est beneficij institutio, in qua sacrificulus dietim cogitur sacra facere: quod si contigerit, interpretationem recipit, vt eo frequentius possit, quanto salua honestate, & debita religione, ac deuotione id possit, & valeat. Panor vbi suprà. Et ædes sacra ab alio erecta, aut dotata ad episcopi consecrationem, & ordinationem pertinet. c. 2. 10. quæst. 1. in quo Ioan. & c. meminerint. ead. c. & q.

Missa.

Aedis modo erecta consecratio ad quẽ pertinet.

Non etiã is erector in episcopi præiudicium aliter disponere potest, atq; in aliũ confirmationes transferre. Pan. in c. cùm dilectus. col. 2. de consuetud. Sicuti & priuatorum pactis forma iuris fiscalis non conuellitur. l. inter debitorem. ff. de pact. l. 2. C. sine cen. vel reliqu. Priuata etenim dispositio testatoris generalem constitutionẽ canonis immutare non potest. cap. requisisti. c. tua. de test. Nemo etiam cauere potest, quin leges in testamento locum habeant. l. nemo. ff. de lega. 1. Et est absurdum edicti perpetui negligi formã. l. 2. C. de cond. inser. Ius itaque publicum quis remittere non potest: nec huiusmodi cautionibus mutari forma antiquitus constituta. l. quidam decedens. ff. de admi. tut. Quando tamen quis id possit, vide. Ber. Pan. in c. si diligẽti. de foro compet. Nec priuatorum pactis ius publicum mutari potest. l. ius publicum. ff. de pact. l. nec ex prætorio. l. neque pignus. ff. de regu. iu. d. c. si diligenti. Priuatorum cautione legibus non est refragandum. l. ꝙ de bonis. §. 1. ff. ad leg. Falc. l. fina. ff. de suis & legi. hæred. Et pacta quæ cõtra leges constitutionesque, vel contra bonos

Priuatorũ pacta iuri publico nõ derogant.

mores fiũt, nullam habere vim, indubitati iuris eſt. l. pacta quæ. C. de pactis. l. iuriſgentium. §. pacta. l. contra. C. eodem.

Et auſsi en ce faiſant ledict amoureux la debuoit fournir de ſoye & de pluſieurs autres menues baguettes.

DARE quid tẽporale pro ſpirituali, ſimonia eſt. c. 1. & toto tit. de ſimo. quæ hîc cõmitti videbitur. Quidã tamen in cõtrariũ arbitrantur: cũ hæc onera in pactum deduci poſſint. c. ſignificaſti. de elect. & ſic modus ſpiritualis. quod inficiatur Pan. quamuis modus ſpiritualis, cùm id quod tradatur tẽporale ſit: ſecus ſi beneficium ſpirituale daretur ſub conditione diuinorum celebrandorũ. Idem in c. ſignificatũ. de præb. quo in c. ad effugãdam ſimoniã onera apponẽda rei dicit, ꝙ res cũ oneribus tranſeat. O quæ vafricia, vt putent hi noſtri ſacrorũ canonũ interpretes his formulis Deum circunſcribi, & eludi, vt à ſimonia cadamus: & vt ad rem diuertam, ſimonia interueniens in contractu, ipſo iure hunc vitiat. Pan. in d. c. conſtitutus. Poteſt tamen ſacerdos ad ſeptennium *Simonia.*

vſque operas locare. Ioan. in c. final. 21. quæſt. 2. quod in extraneo Panor. in. c. ſua. de ſimo. & in c. 1. de ſepul. reſtrinxit, non vt directè pro ſpiritualibus temporale recipiat, verùm vt in compenſationem damnorum quæ ſuſtinuit in exhibendo impenſam ſuam, & operam in ſpiritualibus moram trahendo impendēdis. Iuſtũ nempe eſt, & rationi conſentaneum, vt illi conſequantur ſtipendium, qui pro tempore ſuum commodare reperiuntur officium. c. charitatem. 12. quæſt. 2. Quum qui altari ſeruiat, ex illo viuere debeat. c. cùm ſecundum. de præben. Et hoc ſentit Ber. & Pan. in dict. c. ſignificatum. ſi non habeat beneficium ſibiipſi condignum. Imò & paciſci poteſt pauper, vt pro ſpirituali obſequio temporale recipiat. Omniſque Chriſtianus ad miſſarum ſolennia quid offerre debet. Dicit enim Deus: Non apparebis in conſpectu meo vacuus. ca. omnis Chriſtianus. de conſec. diſtinct. 1. Accur. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure.

Moyenant leſquelles icelle religieuſe luy deuoit enuoyer, pour

ſouuenance, tous les moys de l'an, certaines bourſes faictes à ſa deuiſe. Et pource requeroit le procureur d'amours demandeur, que ledict amant deffendeur fuſt cōdemné à rendre, & luy bailler de trois bourſes l'vne, ſelō les ordōnances. Et qu'il fuſt enioinct audict deffendeur, de prēdre amortiſſement deſdictes Amours de ladicte rente, ou d'en vuider ſes mains. De la partie duquel amoureux deffendeur fut deffendu au contraire. Et diſoit que luy conſiderant, qu'en amours y ha treſgrande peine.

AMORIS ærumnas luemq́; vno ī loco ex pluriū autorum teſtimoniis deſcribere longū foret, ac forſan lectori nauſeā moueret. Hîc verò ex poetis tantū, nō etiam recētiorib⁹, & à Plauto, ꝙ magis ad viuū, plurimisq́; verbis id expreſſerit, è Ciſtellaria, & cæteris comœdiis incipiēdū erit: Credo ego amorem primùm apud hoīes *Amoris pœna.*

carnificinam commentum,
Hanc de me coniecturam domi facio, ne
foris queram.
Qui omnes homines supero, atq; anti-
deo cruciabilitatibus,
Iactor, crucior, agitor, stimulor, versor in
amoris rota miser.
Exanimor, feror, differor, distrahor, diri-
pior, ita
Nullam mentem animi habeo: vbi sum,
ibi nõ sum, vbi nõ sum, ibi est animus.
Ita mihi ingenia sunt, quod lubet, nõ lu-
bet iam id continuò.
Ita me amor lapsum animi ludificat, fu-
gat, agit, appetit,
Raptat, retinet, iactat, largitur, quod dat,
non dat, eludit.
Modò quod suasit, dissuadet, quod dissua
sit, id ostentat.
Maritimis moribus mecum experitur, ita
meum
Frãgit amantẽ animũ. In Mercatore:
Nã amorẽ hęc cuncta vitia sectari solẽt:
Cura, ęgritudo, dolor, nimiáque elegãtia.
Hęc non illum modò qui amat, sed quen
que attigit,
Magno atque solido mulctat infortunio.

Nec pol profectò quiſquam ſine grandi
malo
Pręter quàm res patitur ſtudet elegātię.
Sed amori accedunt vitia vltra hęc, quę
diximus,
Inſomnia, ęrūna, error, & terror, & fuga,
Ineptia, ſtultitiáq; adeo & temeritas,
Incogitantia, excors immodeſtia,
Petulantia, cupiditas, & maleuolentia.
Inhęret etiam auiditas, deſidia, iniuria,
Inopia, contumelia, & diſpendium,
Multiloquiū, pauciloquiū. In Perſa:
Nam cum leone, & cum excetra, cum cer
uo, cum apro Aetolico,
Cum auibus Stymphalicis, cum Antęo
deluctari mauelim,
Quàm cū amore. Et in eadem alibi.
Miſer eſt qui amat. In Aſinaria: Vt miſer
eſt homo, qui amat.
In Truculento:
Quot amans exemplis ludificetur, quot
modis pereat,
Quótq; exoretur exorabilis, quot illic
blanditię, quot illic
Iracundię ſunt, quot ſunt perclamanda.
Et eiuſdem poëſeos Terentius:
Dij boni quid hoc morbi eſt? adeon' ho-

mines immutarier
Ex amore, vt non cognoscas eũdem esse? hoc nemo fuit
Minus ineptus, magis seuerus quisquam, nec magis continens.

Ouidiana Cydippe:

Ipsa velut nauis iactor, quàm cert⁹ in altũ
Propellit Boreas, æstus & vnda refert.

In 2. de Arte:

-Plus est quod lædit amantes:
Proponant animo multa ferēda suo.
Quot lepores in Atho, quot apes nascuntur in Hybla,
Cœrula quot baccas Pallados arbor habet:
Littore quot conchæ, tot sunt in amore dolores:
Quę patimur, multo spicula felle madēt.

Horat. Satyra. 9.

Difficiles aditus primos habet, haud mihi deero.
Muneribus seruos corrũpam, nõ hodie si
Exclusus fuero, desistam, tempora quærã:
Occurrã ĩ triuiis, deducã: nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.

His omnibus multo maiorem pœnam doctissimus vates in 6. paucis exprimit,

dum amantium curas nedum in morte, vt cæteræ, extingui ostendit:

Nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem
Lugentes campi: sic illos nomine dicunt.
Hîc quos durᵘˢ amor crudeli tabe peredit
Secreti celant calles, & myrthea circùm
Sylua tegit, curæ non ipsa in morte relinquunt.

Car ceulx qui s'y mettent ne sont pas aucunesfois maistres d'eulx en oster, quand bon leur semble.

RESILIRE ab amore perdifficile est. Lucretius lib. 4. *Ab amore resilire difficile.*

Sed fugitare licet simulachra, & pabula amoris
Absterrere sibi, atq; aliò cõuertere mentẽ
Et iacere humorem coniectum in corpore quæq;,
Nec retinere semel conuersum vnius amorem,
Nec seruare sibi curam, certũq; dolorem.
Vlcus enim viuescit, & inueterascit alendo,
Inq; dies gliscit furor, atque ærumna grauescit.

Si non prima nouis conturbes vulnera plagis,
Volgiuagaq́; vagus Venere antè recentia cures.
Aut aliò poſsis animi traducere motus.
Nec Veneris fructu caret is, qui vitat amorem,
Sed potius quæ ſunt ſine pœna commoda ſumit.
Nam certa & pura eſt ſanis magis inde voluptas.
Plura apud eum videre eſt.

Et meſmemẽt à fin qu'amours luy aydaſt en tous ſes affaires & beſongnes, il eſtoit bien vray vrayement, que pour les grans biẽs qu'il auoit apperçeu en vne religieuſe de ſon accointãce, il luy auoit prié & requis, que toutes & quãtesfois elle ſe trouueroit à matines, & lon commenceroit à chãter, Te deum laudamus, qu'elle diſt lors vn De- ꝓfundis, pour lame de luy, ce qu'elle luy auoit accordé.

QVANTO digniores fuerint, tanto facilius in necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. c. episcopi. 1. q. 1. Panor. in c. extirpandæ. §. qui verò. coll. 2. in repe. de præben. At econtrario orationes impiorum deus non exaudiet. c. scriptum 14. q. 5. Nec tam fidelibus de solicita quãtumcũq; intẽtione fidẽdum, quàm de instantia orationis humilis, & deuotæ sperandum c. vbi periculum. §. quia verò. de elect. in 6. Iacobus c. 5. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Helias homo iustus erat similis nobis passibilis, & oratione orauit, vt non plueret super terram: & non pluit annos tres, & menses sex: & rursum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Homerus cuius verba Plato in sua Rep. trãscripsit, & Latina fecit Marsilius Ficinus: Hæc: *Orationes bonorum prosunt.*

Sunt faciles superi, precibus flectuntur: & iidem
Sacrorum nidore pio placantur, & ipsis
Nimirũ votis hominũ, quæ si quis in illos
Errarit, veniam rogitans concepit in aris.

Vult enim deprecari Deus, quod demonstrat Minerua apud Ouidiũ in 5. Fastorũ: *Deus vult deprecari*

Nos quoque tangit honos, festis gaude-

mus & aris.

Turbáque cœlestes ambitiosa sumus.

Sæpe deos aliquis peccãdo fecit iniquos:

Et pro delictis hostia blanda fuit.

Sæpe Iouem vidi, cùm iam sua mittere vellet

Fulmina, thure dato sustinuisse manum.

Et aussi pour la recompensatiõ de la peine, iceluy amant luy auoit pmis d'enuoyer de la soye, de l'or de Chipre, pour soy esbatre à faire de belles bourses, & des surceinctes, & des cordeliere, & seroit tenue à en bailler de trois l'vne.

HIC poterit dubitari quis contract' sit: quidã cõtractum innominatũ arbitrabantur, non locationẽ, cùm res data propter operas (quãuis hæ possint locari. l. qui operas. ff loc.) nõ sit pecunia. l. naturalis. §. at cùm do. ff. de præsc. verb. vbi Bar. & Pau. l. si merces. §. vis maior. ĩ qua Bar. in fine, & Paul. ff. loc. Accur. ĩ l. ędem si olei. C. eo. arg. l. 1. §. si qs seruũ. vbi Pau. ff. depo. Poterit tamen ex aliquib' aresti verbis maximè per hæc (*pension viagiere*) & per hæc (*tant tenu tant payé*) locatio iu-

dicari. Cùm debeāt interpretari cōtract⁹ non secundū summā vocū significationē, sed iuxta ipsius cōuentionis naturā.c.cōstitutus.vbi Pan.de rel.dom.vbi licet emphyteusis fiat mentio, nō idcirco emphyteuticus, verùm cēsualis cōtractus est. simile in c.illo vos.de pign.vbi idem Pan. in quo tametsi emptionis, & venditionis mētio habeatur, tamen propter pacta ibi apposita, quæ magis pignori cōueniunt, pignoratitius contractus censetur. Bart. Paul.in l.cotem ferro.§. qui maximos.ff. de pub.Pan.in.c.ad nostrā.de empt.Precium etiā discernit emptionē à cōductione, Accurs.in.l.1.ff.de superfi. ł. si vno. in qua Bart.ff.loc. vbi donatio verbum trāsactio interpretatur.&in simili dicit Bart. in d.§.vis. Quòd si fundus sub mercede certa,non in pecunia cōcedatur, est contractus innominatus,qui similis est locationi: nec si verbum locaui poneretur in libello, illum vitiaret.Nonnunquam etiā depositum regitur secūdum mutui naturam.Barto.in l. si quis nec causam. ff. si cert.petat.& 2.contractus iudicandi sunt secundum formulam conuentionum innominatorū,quibus assimilantur. l. eum

Cōtract⁹ secūdum intentionem contrahentiū interpretari debēt

qui.§.si rem.ff. commu. diui. d. §. si quis seruum.l.si gratuitam.§.1. l. si rem. ff. de præ.ver.Bar.in.l.si pecuniam.col.2.ff. de cond cau.da.Bar.in l. cùm proponas. C. de dol.& in l.1.§.diu⁹.co.2. de var. & extr. Verba insuper cum effectu accipienda sunt. Paul.in.§.fin. legis. 1. ff. quod quis. iur. Ioan.in c.2.33.q. 1. Et etiam interpretanda secundum vsum vulgarium, Pan. in c.capellanus.de fer.& in c.2.col. 4. de transf. epis. Quidā hæc extra rem esse arbitrabuntur.

Verba cū effectu accipienda.

Or disoit ledict deffendeur, que proprement ce n'estoit point acquisition perpetuelle : mais estoit seulemēt vne pension viagiere faicte de la volunté & vnion des deux cœurs. Parquoy ny falloit nul amortissemēt : Car il ny auoit point d'obligation.

Obligatio.

VIX erit quin in hac nostra specie obligatio sit, saltem consensu: præsertim per verba, (*De la volunté, & vnion des deux cueurs.*) Cùm etiam nudus consensus sufficiat obligationi, sed & nutu plerunque

runque consistunt obligationes. l. obligamur. ff. de actio. & obliga. & non tantum verbis, quàm consensu confirmatur contract⁹. l. si stipuler. in fine. ff. de ver. oblig. saltẽ hîc erit oblig. pacto nudo vestita.

Ne constitution de rente.

CANONIS annui duo sunt contractus, vnus emphyteusis, alter verò cẽsus. *Emphyteusis.* Est autẽ emphyteusis cùm quis agrum ab aliquo etiam collegio, aut vniuersitate in perpetuũ sub annua certa pensione colendum acceperit: à quibus aut ab his, qui in eorum locum quoquomodo successerint, auferre, quoad pẽderint, nõ licet. l. 1. ff. si ager vect. §. adeo. Inst. de loca. de qua antiquitus dubitatũ est, essétne emptio, an locatio: donec à Zenone imperatore præcisum sit. l. 1. C. de iur. emph. d. §. adeo. Quæ iure ciuili introducta est. Accurs. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. in cuius cõtractu non transfertur directum dominium. d. l. 1. Pan. in c. potuit. de loc. Nõ tamen vsquequaque vera arbitror, quæ & Bar. in d. l. 1. C. eo. & Pan. in d. c. potuit. in fi. asseruerunt; scilicet vt si in principio certa summa detur, pro quo quid certum

annuatim luatur, emphyteusis sit. Nam id magis ad naturã contractus censualis attinet, quàm ad emphyteusim. Nã hæc ꝓpriè non nisi in agris iuxta vocis interpretationem cõsistere potest. arg. etiã rubricæ ad legem, & legis ad rubricam. ff. si ager vect. qua in rubrica & in l. sciendum. §. 1. ff. qui satis. cogan. solùm, quòd sciã, in totis Pandectis illius vocis mẽtio habita est. Dicta nempe emphyteusis est ab ἐμφυτεύω, quod est insero, siue planto. φυτὸν enim planta est, & φυτεία plantatio, & meliorationes ἐμπονήματα, id est, laboramenta. l. 2. & fi. C. eo. arg. etiam l. 1. de mãcip. & Col. lib. 11. In emphyteusim autẽ tãtũ sterilia dabãtur, vt quis sua industria & labore meliora, & fertiliora redderet. Hodie etiam fructuosa dantur. Accur. in d. l. fi. & in §. adeo. & vocatur emphyteusis multis nominibus secundum diuersarum regionum idiomata. Quidã enim precariam, alij liuellum, multi ad firmam. c. ex literis. vbi Ber. de iur. patr. Bart. in d. l. 1.

Emphyteusis in scriptis celebrari debet.

Et hæc conuentio in scriptis celebrari debet. l. 1. & arg. l. fi. C. eod. vbi emphyteuta emponemata vendere non poterit, & si actum, nisi id scriptura probet. quamuis

Accur. ĩ d.l.1.legẽ ad id nõ arctare dicat, quẽ sequit' Bart.ibi & Pan.in d. c. potuit. Cõtra quos cæteri aduersant',& veri⁹, ꝓpter infirmitatẽ memoriæ. Ang. Are. in d. §.adeo. Quod autẽ soluitur, pẽsio vocitatur,& canõ,aut.si quas. ꝑpetua. q rem. C. de sacr.eccles.c.ea enim.§. qui rem.10.q. 2.l.2.fi.eo.d.§.adeo.&vectigal.dd.ll.1.ff. si ager.sciendũ.§.1. ꝓpriè tamen emphyteusis pẽsio est. Paul.ĩ d.l.1.§.1.ff. de pub. Panor.in c. constitutus. de relig. domib. Quæ modica esse debet,& magis ĩ dominij recognitionẽ,q̃ in fructuũ recõpensationẽ. Ideo licet pereat pars, vel plus, nõ fit remissio, quum ꝙ reliquũ superest, ad canonem sufficiat.l.1.vbi Bartol. C. eod. idem cum Paul. in d. can. aut. perpetua. Quæ potest esse in vna specie. Angel. Aretin.in d.§.adeo. Nonnunquam tamen hæc vocabula confunduntur.d. c. constitutus. Et cùm vna pensio pluribus rebus constituitur, videtur in singulas res distributa. Panor. in d. c. potuit. col. 3. In quibus autem differat emptio, vel locatio ab emphyteusi, Accur. in d. l. fi. C. eo. & in d. §. adeo. In censuali verò contractu dominium directum, ac vtile

Pensio. *Canon.* *Vectigal.* *Censualis cõtractus.*

in recipientem transfertur: & quid certum annuum in signũ seruitutis soluitur, quod census nuncupatur. Bartol. Paul. in d. l. 1. §. 1. ff. de pub. Panor. in c. 1. de resti. ĩ integ. & ĩ quib⁹ differat ab emphyteusi, ibi per eosdẽ: per Panor. in d. c. cõstitut⁹.

Census.

Sinon tant tenu, tant payé.

IN vrbanis prædiis prout quisque habitauerit, ita obligatur, nisi in scriptis præscriptum conductionis tempus sit. l. item quæritur. §. fin. ff. loc. Quid autem importent hæc verba, vide ibi per Bart. post Accur. Potest & conductor propria autoritate propter non solutam pensionem à domino expelli. l. penult. ff. eod. arg. l. si in lege. §. colonus. ff. eod. & l. 3. C. eo. etiam si de non expellendo pactum sit. l. quæro. §. inter. ff. eod. Panor. in c. quemadmodũ. §. illud. col. 1. de iur. Qua in specie debet expectari per biennium. argu. l. cùm domini. ff. eod. Item si in maius tempus cõductum sit. Accurs. Bart. in d. §. inter alia. in l. 3. C. eo. Idem cum Bart. Paul. in. l. vectigalia. §. fi. ff. de pub. Bart. in d l. cùm domini Paul. in d. §. inter. Quod idem in publicano non expleto tempore est. d. l.

Cõductor autoritate domini an expelli poßit.

vectigalia. §. fin. poterit tamen cōductor appellare, vel contradicere, si iustam causam alleget, quare nō soluit. Paul. in. d. l. cùm domini. & à deiecto potest peti pensio debita, & non soluta. Bar. Paul. in d. l. penul. Frangenti quippe fidem, eadē nec seruāda est. l. si instituta. ff. de inoffic. test. l. cùm proponas. C. de pact. l. si diuersa. l. siue apud. C. de trāsac. Frustra quis sibi fidem postulat ab eo seruari, cui fidem à se præstitam seruare recusat. c. frustra. de regu. iur. in 6. Et promittens seruare contractum, ídq; iurans, intelligitur si alter obseruauerit. Panor. in d. c. quemadmodū. Est enim graue fidem fallere. l. 1. ff. de const. pec. Plautus in Mostellaria: Fides seruāda est, ne ire inficias postules. Idē in Rudēte: Te hic fide lenonia vti nō potest, seruanda fides. Et quāta mala subsequantur ex fide destituta, Lucan⁹ ī 5. expressit:

Fidē frangēti fides frangatur eidem.

Sic eat ô superi, quando pietasq; fidesq;
Destituunt, moresq; malos sperare relictum est.

Et fide nihil maius in hominibus esse, Dionysius Halicarnasseus lib. 2. scribit. Et si seruāda est ab hominibus magna adeo res, & perpulchra ab Imperatore seru-

uari, Xenophōte in Agesilai laudibus inquiéte, bene à Græcis de infido dictū est, ἄπιςος ἄφιλος id est, amico caret infidelis.

Hosti fides seruā da est.

Est nāque fides hosti seruāda. c. noli. 23. q. 1. vbi Io. Ber. & Panor. in c. peruenit. 2. de iur. Bar. in l. conuentionū. ff. de pact. hæc nō habere locū inter priuatos hostes dicít, qua opinione Vdalricus Zasius multis in Ecciū supradicta calūniatus est. Verùm ꝙ hosti seruanda sit fides, multi nos docuerunt. Cicero in 3. Offici. Est autē ius bellicū, fidesq; iurisiurādi hosti seruanda. Erycratides Anaxādride perconctāte (vt author est Plutarch⁹ in Apoph.) quare de Ephororū cōtractibus quotidie iura redderētur, vti, inquit, inter hostes fidē quoq; mutuā habeam⁹: quā necessariò seruandā Iosephus lib. 15 c. 5. Antiqui. Iudaicarum scribit. Et vt ad exēpla descendamus, M. Regulus Cicerone in Catone maiore, & diuo Aurelio August. lib. 1. c. 15. de Ciui. dei, autoribus, ad supplicium est ꝓfectus, vt fidē hosti datam cōseruaret: etiam perfido, vt ait Silius: Qui longum semper fama gliscente per æuum Infidis seruasse fidem memorabere Pœnis. Liuius refert decem captiuos Romam ab Anni-

bale missos, pro redemptione cæterorum captiuorum, & nullum aliud pignus ab iis quàm fidei acceptum, & etiam iureiurando adacti. Ex quibus vnus exoluendi sacramenti causa postea quàm è castris exiuit, velut aliquid oblitus in castra reuersus est, & comites assequut[9], actaq; legatione ad Annibalem reuersi sunt omnes, præter hunc, qui domi mansit: quod vbi senatus resciuit, comprehensus & custodibus publicè datus ad Annibalem deductus est. Sunt enim infideles qui sub piscibus nascũtur, vt attestatur M. Manlius in 2. Fidei laudes diuus Ioan. Chrysost. in sermone de fide Abrahã: & Saxus vno vulgari capitulo explicuit.

Et que chascune desdictes parties estoit en son entier pour n'en retenir rien si bon luy sembloit.

HIS verbis contractus innominatus cẽsendus erit, in quo locus pœnitẽtiæ est. l. si pecuniam. ff. de cõdit. caus. da. Quod quonam modo intelligatur, satis sit te illud ad Bar. & Paul. remisisse: ille in l. 1. §. diuus. ff. de var. & extra. cogn. Nihil præterea tam naturale est, quàm eodem

In cõtractibus innominatis locus est pœnitẽtiæ

Obligatio contrario consensu dissoluitur.

genere quodq; dissoluere, quo colligatũ est. Ideo verborum obligatio cõtrario cõsensu dissoluitur. l. nihil. l. fere. ff. de regul. iur. Et hæ obligationes cõsensu contrahuntur, contraria voluntate dissoluuntur. §. fi. Inst. qui. mod. tol. obli. l. ab emptione. ff. de pact. l. quamuis saltus. ff. de acquiren. poss. l. prout quisque. ff. de sol. l. 1. C. quando lice. ab emptio. quod etiam in donatione est. l. si ea quæ. C. de donatio.

Et disoit oultre, que veu que la dessusdicte fondation estoit faicte pour le salut de l'ame, & pour conuertir en piteux vsages, le dessusdict ꝓcureur d'amours n'en doibt rien auoir, ny demander. Et par ces moyens conclurent à fin d'absolution. Sur quoy finablement, parties ouyes, elles furent appoinctees en droict. Et depuis lesdictz conseillers du thresor, par leur sentence condemnerent ledict amoureux deffendeur, à faire amortir, à

ses despens, ladicte rente. Et auec ce ordonnerent, & appoincterent, qu'il seroit tenu & obligé, de bailler des trois bourses, l'vne. Et pareillement la tierce partie des cordelieres, surceinctes, & bouquetz, & autres choses qu'icelle religieuse luy enuoyeroit, iusques à ce que ladicte fondation fust deuement amortie. De laquelle sentence il s'est tenu pour greué, & en ha appellé en la court de ceans, ou ledict proces ha esté reçeu pour iuger. Si ha la court veu iceluy proces, & tout ce qu'il falloit veoir en ceste matiere à grande & meure deliberation. Et tout veu dit, qu'il ha esté mal iugé par lesdictz Conseillers, & bien appellé par l'appellant. Et en amendant le iugement, la court l'absoult des impetitions & demandes à luy faictes par ledict

procureur d'amours. Et ordonne, que les bourſes, ſurceinctes, cordelieres, & biens qu'il auoit eſté contrainct de conſigner en main de iuſtice, luy ſeront rendus, & mis à pleine deliurance.

LE VIII. ARREST.

Arreſt ſus le different d'vn cordon, donné par l'amye à l'amoureux, puis perdu, & trouué es mains d'vn autre amoureux, & mis en ſequeſtre.

PAr vertu de certaines lettres de chancelerie d'amours, vn amant, ia pieça, feit mettre vn beau cordon, tout plein de fleurs, en main ſequeſtre.

Sequeſtrũ SEQVESTRVM A. Gellius lib. 20. c. fin. ſculnam vulgò dici ait, quaſi ſequulnam, quod qui elegantius loquuntur ſequeſtrem appellãt, vtrunq; vocabulum à ſequendo factum eſt, quod eius qui ele-

ctus sit vtraq; pars fidem sequatur, quod apud sequestrem depositum erat. Sequestrò positum per aduerbiũ dicebatur. Cato in Ptolo. Per deum immortalem nolite vos sequestrò ponere. Sequestres, vt Pedia. 2. in Verrẽ actione voluit, sunt apud quos pecunia deponitur. Quid sit. l. propriè. l. licet. ff. depos. l. sequester. ff. de verbo. signi. Generaliter vno solùm. l. 1. C. de prohi. seq. argumento omnes legulei recẽtes sequestrationẽ prohibẽt: quæ lex id ita in genere non vult, sed tantùm in pecunia ex cõtractu debita, quam ad numeratã solũ, nõ etiã ad res referendam existimo, cùm nullibi hoc generatim prohibitum sit, id tantùm ausi, solo potius tituli & generalis pecuniæ significationis argumento, quã germani ad illam l. intellectus. At cõtra ipse potius in omnib9 permissam (nisi vbi prohibita sit) quàm generaliter prohibitam (nisi vbi permissa sit) dixerim. Et sunt concessi ex illorũ opinione plures, de quibus per Accur. in d. l. vnic. & in l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satis. cog. Ber. in c. 2. de seq. pos. vbi Pan. Plures sunt propter quos iure hic facta sit sequestratio. Potest enim q rem apud

Sequestratio prohibita.

Sequestratio vbi permissa.

aliquẽ deprehenderit, areſtare (vt ita loquar) facere, & eandẽ ſequeſtrare. Pau. in in d. §. fi. Erat inſuper is actor forſan malis moribus, glorioſus quidã amoris miles, &, vt protulit Plaut. in Milite glorioſo, plenus periurij, atque adulterij: ait ſeſe oẽs mulieres ſectarier. §. fi. Inſtit. de ſuſ. tut. Fraudulentia etiã, & callida cõuerſatio, & paruę facultates, ꝙ forſitã omnem ferme, aut maiorẽ in amorem decoxerat ſubſtantiã. arg. l. ſi verò. §. adoleſcens. ff. man. l. ſi quis cũ. ff. pro derel. eum ſuſpectum commendabãt. l. ſi creditores. ff. de pri. cred. Accur. in d. §. fin. Propter quam ſuſpicionẽ res ſequeſtrãtur. d. §. fi. Pan. in d. c. 2. Propter dilapidationẽ id etiã fit, ꝙ bonis careat, maximè mobilibus. l. ſciendum. ff. qui ſatiſ. cog. Aut etiã propter corollæ in alterius odium ſolutionem, atq; diſcerptionem. l. ſi cùm dotẽ. §. ſi verò. ff. ſolu. matr. l. imperatores. vbi Acc. & Bar. ff. de app. l. ab executore. C. quo. ap. l. cũ agnatos. C. de cap. d. c. 2. & fina. Quando quis dicatur dilapidare, vide illic per Pa.

Et diſoit, pour ſouſtenir ſa main miſe, que ſa dame luy auoit donné

ledict cordon pour le mettre à son chappeau, & qu'il eust souuenance d'elle: & vn iour à vne feste en ostãt son chappeau de sa teste ledict cordon eschappa, & le perdit.

REM verò inuentã non restituens furtũ facit. c. si quid. 14. q. 5. Libellũ enim ꝓponere debet continentẽ inuenisse se, & redditurũ ei qui desiderauerit. l. falsus. §. qui alienũ. ff. de fur. Panor. in c. dudũ. 2. de elect. Nõ inuento verò post exactã diligentiã domino, pauperibus erogare debet. arg. aut. omnes peregrini. C. com. de succes. Bar. ĩ d. §. qui alienũ. Poterit tamẽ pauper inuentor vt sibiipsi cõsulat primò, ob charitatẽ bene ordinatã sibiipsi elargiri eleemosynã. Ang. in §. fi. Insti. de rer. diui. Consueuerũt qui rẽ aliquã perdiderint pręmiũ rem indicãtibus nuntiare, ꝙ Græci μηνυτήρια dicunt. d. l. falsus. Vlpia. tamen illius capitis autor, indiciũ. vt in l. idem. §. fi. ff. de cond. ob tur. cau. dicit. & Apuleius Madauensis lib. 7. Asini aurei, indicinã vocat. Quod quidẽ premiũ inuẽtor consequetur, si ante rẽ inuentã renũciatũ sit, secus si iam reperta. Bart. in d. §.

Quid de re inuẽta faciendũ.

Indiciũ.

qui alienũ. Ang. Are. vbi s̃. Si verò pro re inueniẽda quid expẽderim, mihi ad illud actione negociorum gestorum teneris. Bar. vbi s̃. Mosis lex est (vt Iosephus lib. 4. c. 6. Ant. Iud. ait) hac formula: Si quis autẽ aurum, vel argentũ per viã inuenerit, quærat eũ qui perdidit, præconemque mittẽs, in quo loco id inuenit, restituatq;, & ex alieno damno non bonã vtilitatem esse decernat. Similiter autẽ & de pecudibus, quicunq; in deserto errare cõpererit, non inuento repente domino apud se reseruet, testẽ habens deum in his ꝙ noluit aliena lucrari. Qui rem deperditã inuenerit, & inficiatus sit, atq; peierauerit: conuictus verò omnia quæ per fraudẽ voluit obtinere integra, & quintam insuper partẽ domino rei reddet. Leuit. 6. c. Demonax philosophus (vt est apud Lucianũ in eius laudibus) inuẽto annulo aureo, in foro schedulam proposuit, qua indicabat dominum ãnuli amissi ad eum venire, atque hunc si illius põdus, gemmam, & typum rectè demonstrasset, recipere.

Demonax.

Dont il fut dolẽt. Et pource que depuis il l'a trouué es mains d'vn

autre amoureux, deffendeur de ſa partie aduerſe, il l'a faict arreſter: & concluoit tout pertinent en matiere d'arreſt, en requerãt q̃ le cordon luy fuſt reſtitué, & mis en pleine deliurance. De la partie dudict deffendeur, ſi fut deffendu au cõtraire. Et diſoit qu'il eſtoit bien d'accord auec ledict demandeur, q̃ la dame, dõt eſtoit queſtion, l'auoit faict de ſa main, & qu'elle luy auoit donné par grande excellence de ioye, mais iceluy demãdeur, cõme ingrat, n'en auoit tenu cõpte: ainçois pour certaines menues parolles, qu'elle luy auoit dictes en ſe iouant, & rigolant, de ce qu'il mettoit la houppe dudict cordon trop ſur le coſté, ceſtuy amoureux, demandeur, remply d'impatience, auoit rendu & ietté par deſpit ledict cordon à celle dame.

Pro derelicto. REIICIENDO huiuſmodi rem redonaſſe videtur, aut rẽ pro derelicto habuiſſe, & ſic dominus eſſe deſiit. l. j. l. ſi id. ff. pro derelict. l. quod ſeruus. ff. de ſtip. ſer. l. falſus. §. qui alienũ. ff. de fur. §. hoc amplius. Inſt. de rer. diui. pręſertim ſi ab alio res poſſeſſa ſit, vt à muliere hac. l. 2. ff. eo. Eſt enim quædam donatio res pro derelicto habito. d. l. ꝙ ſeruus. Nec eius rei furtum fit. l. quẽadmodum. §. 1. ff. de noxal. etiã ſi animum furandi habuerit. d. §. qui alienum. Ioã. in c. ſi quid. 14. q. 5. Et deſijt dominus illius rei eſſe, quòd alteri oblatum ſit. argu. l. nec vtilem. ff. ex quib. cau. maio. Et quæſitum eſt dominium cui volebat. Bar. Pau. in l. ſi ego. ff. de neg. geſt. *Dominiũ non quæritur nuda traditione.* Hic in l. ſi quis. §. differẽtia. ff. de acquir. rer. do. Nuda tamen traditione non trãſfertur dominium. l. nuda. ff. de acqui. re. domi. de do. de contrahen. emp. Bar. in l. dotis. ff. de iure dot.

Et ſi à celle dame auoit eu droict, & domination, ſi s'en eſtoit il departy, & n'en pouuoit plus rien demander: mais deuoit encores, ſelõ les droictz d'Amours, eſtre griefuement

uement puny: veu qu'en ce faisant il estoit encouru en voye d'ingratitude.

EST autem ingratitudo vbicunque beneficij suscepti prorsum nulla, aut non satis digna refertur gratia. Nã, vt inquit lib.3. circa principium, de Beneficiis Seneca: Ingratus est, qui dissimulat: ingratior, qui non reddit: ingratissimus omniũ, qui oblitus est. Et inhumanũ vitium est, de quo Pan. in c. fi. de donat. Et apud Scytharum gentem, alioquin feram, & barbaram, in ingratos actio constituta est: & Athenis, vt refert Val. Max. libr.5. Rectè quidem, vt ille ait: Quia dandi & accipiẽdi beneficij cõmercium, sine quo vix vita hominum extat, perdit & tollit, quisquis benemerito parẽ referre gratiã negligit. Ad remunerandum enim hos, à quibus beneficia suscepimus, natura obligamur. Et est quoddã genus permutationis. l. sed & si. §. consuluit. ff. de pet. hære. Barto. in prooe. Digestorum. coll. fin. c. cùm in officiis. de test. Pan. in rub. & in c. per tuas. de dona. & in c. cũ creatura. de cele. mis. arg. l. si pro patre. §. si domini. ff. de in rẽ

Ingratitudo.



verso.l.si remunerandi.l.si verò.ff.mand. Est enim obligatio ad antidora. δῶρον enim muneris datio est, vt Vitruuius lib.2. c.3.& Plin.lib.35.inquiunt. Vnde antidorum, remuneratio:& dorodocia, muneris corruptio, quę sordes à nostris dicit. Prohibitus enim donare, nō propterea illi remuneratio denegatur.c.quicunq; suffragio.12.q.2.Pan.in d.c.p tuas.Et illa obligatio soluti repetitionē impedit. Accurs. in l.ex hoc iure.ff.de iust.& iur.Bar.Pau. in l.si nō sortem.§.libertus.ff.de cōdi.indeb.iidem in l.si testamento.§.1.ff.de fideius.Qua in specie recētes Iuriscōsulti ad ea quę natura à parentibus, atque patrono debentur, magis amplè supra vocis significatū dilatāt. Quæ remuneratio nō indiget insinuatione. Acc.Bart.Pau.in l. Aquilius.ff.de dona.Pan.in d.rub.Reuocatur insup donatio ob ingratitudinē. §. sciendū.Inst.de don.l.his solis.& fi.C de reuoc.don.§.illud.in aut. vt lib. de cæt. coll.6.c.fi.vbi Pan.coll.pen.de don.si nō remuneratoria sit, quum, vt iā dictū est, permutatio quædā sit.Acc.Pau.in l.si pater.§.fi.ff.de don.& hîc ī l.fi.C.de reuoc. don.Pan.in d.c.fi.coll.3.in fi. Et clausula

Donatio reuocatur ob ingratitudinem.

apposita in donatione, vt nō possit ꝓpter ingratitudinem reuocari, nō valet. Pau. in l. fin. C. de pac. Propter id etiam feudum amittitur. tit. in quib. cau. feu. amit. §. j. §. prędictis. quę fuit pri. cau. benefi. amit. in vsib. feu. Nō tamē istud ius transit ad hęredem. arg. l. omnimodo. C. de inof. test. Verū quod maius est, ob id exhæredatur filius. §. j. & super his. in aut. de nup. coll. 4. §. illud. in aut. vt cùm de ap. cog. coll. 8. quod infortuniū est parentibus. §. si quis. in aut. de nupt Est enim exhæredatio ingratitudinis pœna. Imò & omnes causæ ꝓpter quas aut filius exhęredatur, vel vassallus beneficio priuatur, vna ingratitudinis voce denotātur. Filius præterea emācipatus propter id delictum, illo libertatis iure eximitur. l. vnic. C. de ingr. lib. Et ꝓpter illud legitimatus ad naturalitatem reuocatur. Ias. May. in d. l. ex hoc iure. & propter filij in patrem ingratitudinē sibi denegātur alimenta. Accur. Bar. in l. fi. C. de ali. lib. à pat. Verùm etiā non tantùm propter in patronos ingratitudinē liberti in seruitutem reuocantur. l. 2. C. de lib. & eod. lib. §. illud. in aut. vt lib. de cæte. coll. 6. & hoc in Cod. Theodo. libr. 4. tit.

Feudum propter ingratitudinē amittitur.

Ob ingratitudinē exhæredatur filius.

Filius emancipatus ob ingratitudinē in potestatem redigitur

Propter ingratitudinē liberti in seruitutē reuocātur.

libertus.qui liber nuper repertus est.c.episcopus qui.c.liberti.c.octaua.vbi Ioan. 12.q.2.Et illud institutũ Vale.Maxi.lib.2. Athenarum esse dicit,cuius formulam in hunc qui sequitur modum adiicit:Supersedeo te(inquit)habere ciuẽ tãti muneris impium æstimatorẽ, nec adduci possum, vt credam tibi vtilẽ,quem domi scelestũ cerno:abi igitur & esto seruus,quoniã liber esse nescisti.Et idẽ apud Massilienses licebat, si ter manumissi essent,nec quartò errori subueniẽdum putabant. Corne. Tacitus lib.13.temporibus Neronis in senatu de fraudibus libertorum cõquestũ, efflagitatumq; vt aduersus malè meritos reuocãdę libertatis ius patronis daretur, memoriæ ꝓdidit.Et Cornel.Nepos,Volsinios dicit, quũ temere seruos manumisissent,& ab his oppressi essent,à Romanis auxiliũ petiisse,à quib⁹ missus Decius in seruitutẽ eos restituit: sed & hoc itaq; propter in patroni filios ingratitudinẽ licet.l.3.C.de lib.& eo.lib.Et nõ solùm ob id liberti,verùm & eorũ filij.l.fi.vbi Acc. C.eo.Et non tantũ patronis,sed filiis eorum hæredibus id permissum est.l. sciendũ.ff.de ver.sig.l.pe.C.de ope.lib.in qua

accusatione poterit interuenire procurator.l.sed hæ.§.1.de ꝓcur.l.per procuratorē.ff.de obseq.Bar.in l.pe.§. ad crimē. col.2.ff.de pub.iud.Pan.in c.veniēs.coll. 3.de acc.Et exēptus propter ingratitudinem in pristinā subiectionē reuocari potest.Bal.in d.l.2.C.de lib.& eo.Io.Andr. in sua actionum arbore,ad hoc vitiū ingrati actionis propriā formulā esse dicit. Nouum quidē genus insiti à se inuētum, à nemine tamen præterq̃ à seipso comestum. Ac nunc aliqua ex humanioribus literis subiiciamus,etsi satis huius criminis impietas longè latéque suprà detecta sit. Verùm vsqueadeo immane crimē ingratitudo est,vt ampliores chartas non vereatur,sed nec vt optimus id refugere debeat lector. Lucius Annæus Seneca lib.1. de Beneficiis,statim à limine ex Homeri, Hesiodi,Chrysippi sentētia,tres Charites esse:Iouis & Eurymones filias. Antimachus verò,Solis:Clemēs lib.10. Recognitionum,Iouis & Hermiones, nisi ibi malis legere Eurymones. Serui⁹.in 1.Aenei. Veneris & Liberi,ipsíque Veneri dicatas: vnde hæc Acidalia dicta est,à fonte Acidalio,in quo se Charites lauarēt. Quarū

Exēptus propter ingratitudinem in pristinam subiectionem reducitur.

Charites

maior natu, Aegle: media, Euphrosine: tertia, Thalia: quæ Homero musa est, sorores virgines, ridentes, soluta ac perlucida veste. Hac quidē ratione tres finxerūt, ꝙ vna beneficium porrigat, altera accipiat, tertia reddat: in chorum consertas, quòd beneficium ad largiētem reuerti debeat: ridentes, hilarè enim dandum, atque accipiendū est: iuuenes, ne beneficij memoria senescat: solutis, ac perlucidis tunicis, ꝙ beneficia conspici velint Seruius tamen loco memorato nudas depinxit, ꝙ Gratiæ sine fuco esse debeant, aut quòd prōptè dandum sit: vnde Græcum tractum adagium, αἱ χάριτες γυμναὶ, in eos qui apertè gratificātur: & vna auersa pingitur, duæ nos respiciunt, quando à nobis gratia duplex soleat reuerti. Strabo libro 9. Etheoclen Orchomeniorum regem primò Gratiis templum extruxisse scribit: & Tertullianus lib. de corona militis: Pādoram primū à Charitibus coronatam, cùm ab omnibus muneraretur, dicit. Qua verò figura hieroglyphicè depīgatur ingratitudo, Horus Appollo libro primo, cap. 51. & sequen. qua autem gratitudo, capit. 55. docet. Cicero de Amicitia: Odiosum

sanè genus hominũ officia exprobrantiũ, quæ meminisse debet is in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. Et in oratione ad Populum, & Equites: Est enim liberale officium serere beneficiũ, vt metere posśis fructum: fidei conducit in loco debitum retribuere: illic enim animi voluntas propensa comprobatur, hîc memoria collaudatur. Et ad Quirites post reditum: Atqui in officio persoluendo disśimilis ratio pecuniæ debitæ est, propterea quòd pecuniam qui retinet, nõ dissoluit: qui reddit, non habet gratiam: & qui retulit, habet: & qui non habet, dissoluit. Et in hunc sensum pro Cn. Plantio: Dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ: Nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddidit: qui autem debet, is retinet: alienã gratiã autem & qui refert, habet, & qui habet, in eo ipso ꝙ habet, refert. Et pòst; Quę porrò amicitia potest esse inter ingratos? Et alibi: Equidem nihil tam proprium hominis existimo, quàm non modo beneficio, sed etiam beneuolẽtię significatione alligari. Nil porrò tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quàm committere, vt beneficio,

non dicā indignus,ſed victus eſſe videare. In oratione de prouinciis Conſularibus: Gratus debet eſſe, qui accepit beneficium: verùm etiam is cui poteſtas accipiendi fuit. Li. 8. epiſto. ad Atticum: Nihil cognoui ingratius, in quo vitio nihil mali non eſt. Et in. 9. Quia ingrati animi crimen horreo. Seneca plura contra iſtud vitium lib. 1. 3. 4. de Beneficiis. & epiſt. 82. quæ lōga ſunt vt huc trāsferantur. Cleoboli ſententia eſt, authore Laërtio: Ingratus ne ſis. Plutarchus in eo commentario in quo diſſerit, quòd cū principibus Philoſophos diſputare deceat, Epicurum ait dixiſſe: Non modò pulchrius eſſe beneficio afficere, quàm affici. Et in libello de Iracundia, Athenienſes deorum regem Menacten à benefaciendi promptitudine appellare ſcribit. Idem in vita Ageſilai hunc dicit animo non odiſſe eum, qui acceptam vlciſceretur iniuriā, ſed qui acceptorum beneficiorū immemor deprehenderetur. Xenophon lib. 1. in Cyri infantia, Perſas maximè cauſam in ingratos agere, & ſæuiſsimè in ingratos animaduertere: ꝙ qui ingrati ſint, eos exiſtiment & deos, & parentes, & amicos, &

patriam mirum in modum negligere. Nã vt ipse eloquenter subdit: Ingratitudinẽ impudentia sequitur, quæ ad omnẽ turpitudinem dux est. Fabius declamator, pro meretrice contra iuuenem: Ita natura cõparatum est, ne sit vllus iustior dolor, quã beneficii sui perdidisse rationem. Et Moses apud Iosephum lib. 4. ca. 6. Antiquitatum: Iusta est enim gratiarum actio, quæ refertur & pro compensatione rerũ iam factarum, & pro imitatione futurarum. F. Barbarus l. 1. ca. 6. de re vxoria, Nullum quoque officium referenda gratia videri debet antiquius, à qua quicunque volens defecerit, in ipsum deum immortalem, in patriam, in parentes, in necessarios, in beneuolos impius sit necesse est. Nunc ad Poëtas diuertendum. Nullũ enim genus scriptorum est, quod hoc crimen monimentis non incesserit.

Plautus in Bacchidibus:

Nam pol quidem meo animo, ingrato homine nihil impensius est.
Malefactorem amitti satius, quàm relinqui beneficium.

In Persa:

Nam improbus est homo, qui beneficiũ

Scit sumere:& reddere nescit.

In Rudente.

Tum te mihi benignè itidem addecet
Benemerenti bene ferre gratiam.

Vergilius:

Et bene apud memores veteris stat gratia facti.

Ingratitudinem detestandam pluribus apologis Aesopus ostendit, quos omneis referre longum foret. Et Antonius Campanus libros treis de ea conscripsit, & eã Ioan. Iouianus Põtanus in suo Asino aureo insectatus est. Val. Maximus loco superius indicato, & Seneca. d. lib. 5. plura ingratitudinis exempla commemorant, sed nullum horridius, nullum crudelius, ac efferatius illo Cn. Popilii. Qui etiam, vt describit Plutarchus in Cicerone, capite postulatus, ab Cicerone defensus saluusque ad suos reuersus, nec ab eo re aliqua, ne quidẽ verbo vnquã offensus, prouinciã illã inhumanã à M. Antonio summo etiã rogatu obtinuit, vti Ciceronem capitis defensorem capite obtruncaret, quod effecit in Phormiano suo anno ætatis suæ 64. vt scribit Eusebius (Appianus tamen lib. 4. de bellis ciuilibus, Lenã fuisse

Ciceronis mors.

ait) an idem sit cum Popilio me præterit (de cuius morte maiora quã alii ſcribit) caputq; illius Romam detulit, poſitumq; eſt pro Roſtris, cũ manu ſua dextra iuxta Popilii coronatam imaginem, vt idem Euſebius commeminit. Quod cùm ciuitas Romana, ſcribente Floro, in illis ſuis Roſtris reſciſſum vidiſſet, lachrymas tenere nõ potuit. Nec vix nunc etiam à viris doctiſsimis, quibus nec Ciceronẽ ſpectaſſe, atque audiuiſſe licuit, tenentur: cõcurſumque eſt ad videndum eum, non aliter quàm ad audiendum orantem. Verùm vt Liuius pulcherrimè deſcribit, cuius ſuper his verba Seneca lib. 7. Suaſoriarum ponit. Et Valerius prædicto loco, In deflẽdo Cicerone opus eſt altero Cicerone. Etſi Seneca aliqua citato loco & lib. 7. Declamationum, Declama. 2. & libro Controuerſiarum 4. Contro. 2. abſq; materia tamen declamationis de eodem declamitet. Velleius Paterculus hunc lib. 2. deflet: & tam religioſè quàm ſanctè diuus Aurelius Auguſtinus lib. 3. c. 30. de ciuitate Dei.

Diſoit oultre ledict deffendeur,

que ladicte dame auoit aussi faict serment. Et disoit qu'iceluy demãdeur ne r'auroit iamais ledict cordõ, & puis l'auoit liberalement dõné, de bõcueur audict deffendeur.

Donatio. DONAT quis non ob aliam causam, q̃ vt liberalitatem, & munificẽtiam exerceat. l. 1. l. donari. ff. de dona. l. donari. ff. de regul. iur. Dona enim propriè sunt, quę nulla necessitate iuris officióue, sed sponte præstantur. l. munus. ff. de verb. signi. & ista dicitur vera, & absoluta. l. senatus. ff. de donat. cau. mor. Verũ hîc non erit donatio, cùm sub conditione, vt deferat. dd. ll. 1. §. 1. senatus. §. 1. præsertim cũ mulier hæc vtatur gratia huius quòd propter eam deferat. l. hoc iure. §. 1. & fi. ff. eod. Dependet etiam factum hoc ex facto donatarij, ergo non donatio simplex. Pau. in d. l. 1. Ni velis (quod verius crederem) dicere rem inceptã à traditione. Sicuti enim fructus dotis ante matrimoniũ percepti propter traditionẽ viri fiũt, quod hoc actum sit, donatio est, licet conditio fuerit, si nuptiæ subsequantur. l. dotis fructus. ff. de iure dot. Pau. in. d. l. 1.

A la charge toutesfois de le porter, pour l'amour d'elle, comme il auoit faict : parquoy ledict arrest ne se pouuoit soustenir, ne requerir main leuee, ny prouisió d'auoir ledict cordon à sa cautió. A quoy, de ladicte partie de ce demandeur fut replique au cõtraire, disant, que toutes & quantesfois, qu'il trouue ce qui luy appartient, & par don, il le peult prendre de faict.

NVMMOS rei furtiuæ auferens dominus, an furtum committat, l. qui vas. §. fi. vbi Bar. ff. de fur.

Auferẽs rem furtiuam an cõmittat furtum.

Et faire proceder par voye d'arrest, cõme sadicte chose. Or disoit il, que le cordon luy appartenoit de don à luy faict par sa dame, que ledict deffendeur confessoit mesmement, & ainsi l'arrest estoit bien receuable, & au regard de ce qu'il l'auoit reietté par despit, n'estoit pas

vray:mais disoit,que pour ce q̃ ladicte dame luy reprocha ledict cordon, & que luy sembloit qu'il en deuoit estre plus subiect vers elle, iceluy demandeur luy auoit rebaillé en ceste intentiõ, & toutesfois por le luy garder, & non pas pour le donner à vn autre amant. Disoit oultre plus, que ce n'estoit pas trop grãd hõneur audict deffẽdeur de se vouloir ainsi friguer, ou de vouloir porter des biens dont les autres auoyẽt parauãt faict leurs monstres, & grãdz iours. Et quãt à la ꝓuisiõ, n'en eschoit poĩt: mais si la matiere estoit disposee à embellir, elle luy debuoit estre faicte, auãt qu'audict deffẽdeur, veu qu'il estoit despoincté: & mesme que pour enrichir & embellir, le dessusdict cordõ, il luy auoit faict mettre iiij. ou cinq ples, & menues pensees tout à l'entour.

QVAEDAN aliis rebus ornantur, vt gẽmis phialæ, vel lances. Et ipſæ gemmæ, lapilli, auro. Et coronæ gemmis. l. & ſi non ſunt. §. perueniamus. ff. de aur. & argen. Et rei cuius cauſa ornandi poſita ſunt cedũt. d. §. perueniam⁹. Si verò neutrius cauſa appoſita ſunt, neutrum alteri cedit: ſed vtrunque poſsidetur & vſucapitur. l. rerum mixtura. §. quid ergo. ff. de vſucap. vbi Acc. & in dict. §. perueniamus. & in l. gemma. ff. ad exhib. & in. §. ſi tamen. Inſtit. de rer. diui. & vtra harũ rerum principali ſit acceſsio, viſu, & conſuetudine æſtimandum erit. l. ſi quando. ff. de aur. & arg. Vnio ſiue margarita, nec gemmis, nec lapillis continetur: quia concha apud mare Rubrum creſcit, & coaleſcit. d. §. perueniamus. Quod in lapillis. L. Valla. lib. 6. c. fi. non probat. Gemmam Seruius Honoratus. 1. Aeneid. vult dici, diuerſi coloris, magaritas verò albas: vel gemmas integras, margaritas verò pertuſas. Hæc parum extra rem.

Vnio. Gemmæ. Margarita.

Sur quoy ledict deffendeur dict au contraire. Que des incontinent qu'vn amant contemne les biens

donnez par sa dame de quelque e-
stat qu'il soit, il se rend indigne de
les tenir & posseder. Et peult bien
icelle dame les luy oster & faire
arracher deuant tout le monde. Et
puis les donner ou il luy plaist: &
ne portoit pas iceluy deffendeur
ledict cordon, pour faire quelque
desplaisir audict demandeur: mais
tant seulement pour complaire à
ladicte dame, & luy obeir, com-
me il estoit tenu de faire.

Iniuria est deferre aliquid in alteri' inuidiā.

DEFERRE quid in alterius inuidiā, iniuria est: sicut vti veste lugubri, aut squalida (Quomodo id intelligatur apud Budęū in l. vestem. ff. de iniu. videre est.) l. item. §. ait prætor. ff. de iniur. Item prohibitum viris atque mulieribus theatralia exercentibus, aut prostātibus, monachi, aut monastrię, vel etiam asisteriæ vti schemate. §. penult. in aut. de sāctis. episc. coll. 9. l. mimæ. C. de episco. audie. Ber. in c. cū decorē. de vita & ho. cle. Ang. Are. in §. 1. Insti. de iniur. Sicut etiam Imperatoris

toris imaginem deferre in alterius inuidiam. l. senatusconsulto. ff de iniur.

Les parties ouyes à plain, furẽt appointees par le iuge ordonné en droict. Et depuis par sa sentence les appointa cõtraires & en enqueste. Et au regard de la prouision requise par chascune des parties, il ordõne qu'en baillant caution par ledict deffendeur de rendre, & restituer ledict cordon toutes & quantesfois qu'il seroit ordonné, il luy seroit rẽdu & deliuré pour en iouyr pendant les proces soubz la main d'Amours, & iusques à ce qu'autrement en fust appoincté, & sans preiudice des droictz des parties.

CVM satisdatur, reuocatur sequestrum, quod propter litem agitãdam factum est. Paul. in l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisda. cog. In quibus verò nõ soluatur, per Panor. in c. 2. col. penult. de sequest. poss. Hæc materia legibus non comprobatur, sed similitudine rei, damni infecti, legati

Sequestrũ satisdatione reuocatur.

debiti, & ventris nomine possessæ, & mulieris à viro ob sæuitiã separatę, c. ex trãsmissa. c. literas. de restitu. spolia. c. cùm locum. de spõs. Quod idem erit in volente prohibere sequestrum. Bart. in. l. litibus. C. de ag. cen. & col. Et ad reuocandã hãc tenutam alius pro alio, absque mandato quis admittitur. Paul. vbi suprà.

De laquelle sentence ledict demandeur s'est tenu aggraué, & ha appellé en la court de ceans. Ou ledict proces ha estè receu pour iuger. Et ha la court veu iceluy proces, & tout ce qu'il faisoit à veoir en ceste matiere. Et tout veu, dict q̃ tant que le iuge ordõna que ledict cordon seroit entierement rẽdu, & deliuré audict deffendeur, sans declairer, que les perles, & menues pensees que ledict appellãt y auoit faict mettre du sien à sa plaisance, en seroyent ostees, qu'il iugea mal & au surplus en amandant le iuge-

ment, la court dict q̃ lesdictes menues pensees & perles seroyẽt premierement ostees dudict cordon, & baillees au demandeur pour en faire ce que bon luy semblera.

CVM enim materia cum alia confusa non est, sed habet corpus distans & propriam speciem retinet, diduciq; potest, vẽdicari potest. l. item. §. itẽ quæcunq;. l. q gregem. §. fi. ff. de rei vend. & agetur actione in rem. d. l. idem. §. sed si plumbũ Nec alia præualentia vniones trahit, cũ sint longe preciosiores. leg. in rem. §. in omnibus. ff. de rei vend. sed dicendum erat corollam margaritis accedere, quod minor. l. iustissimè. ff. de ędil. edict. argum. §. fideiussores. Instit. de fideiusso. Porrò istæ nõ appositæ, vt essent accessoriæ, ergo non cedent. Angel. Aretin. post Accurs. in. §. si tamen. Instit. de rerum diui. poterit cogi ad exhibendum vt excludatur. l. gemma. ff. ad exhib. textus tamen in l. et si non sum. §. perueniamus. ff. de aur. & arg. dicit gemmas coronis cedere, etiam si ornatus causa appositæ sint, his verbis: Sed & in coronis mẽsarum gẽmæ

Materia cum aliena mixta cui cedit.

coronis cedent, & hæ mensæ. Et præterea cedit cuius species est: & margaritæ coronæ ornandi gratia adhibitæ sunt: ergo coronæ cedere debent. d. §. perueniamus. Solebant enim antiqui mensas conuiuarum gratia coronis adornare, vt scribit Higinius lib. 2. poëtici astronomici, quũ de sagitta scribit, in quibus cõtexebantur nonnunquam gemmæ & lapilli. Cic. lib. 5. Quæst. Tuscul. mensam in qua Damocles discumbebat describens: Aderant, inquit, vnguenta, coronæ, incendebantur odores. Et Plato de Rep. coronatos præcipit esse accũbentes. Horat. in 1. Carminum:

Mensæ coronabantur.

-Neu desint epulis rosæ,
Neu viuax apium, neu breue lilium.

Idem ad puerum:

Persicos odi puer apparatus
Displicent nexæ phylira coronæ,
Mitte sectari rosa quo locorum.
Sera moratur.

Lucanus in 10. quũ Cæsaris & Cleopatræ conuiuium describit:

Accipiunt sertas nardo florente coronas:
Et nunquam fugiente rosa, multumque madenti.

Infudere comæ, quod nondum euanuit
aura.
Cinnamō externę nec pdidit aëra terræ.
Philostratus lib. 2. de vita Appollonij
Tyannęi, moré esse apud Indos, vt qui a-
pud regem conuiuarentur, coronati pro-
cederent, ait. Et id primū inuenisse, ac e-
tiam vnguenta conuiualia Ionas, Val. Ma
ximus lib. 2. describit. Sed non modò con
uiuæ coronabantur, verùm etiam dapes,
& pocula. Statius in x. Theb. -Et hœdi:

Conuiuæ coronati.

Terga coronati Danaus caput amputat
Hebri.
Homerus pluries ministros vina corona-
re dicit. Vergil. in 1 Aeneid.
Crateras magnos statuunt, & vina coro-
nant. In 3.
Tum pater Anchises magnum cratera co
ronat
Induit, impleuitq; mero. Et in 7.
Crateras læti statuunt, & vina coronant.
Dicit enim vina coronant per id quod cō
tinetur, pro eo quod continet, per meto-
nymiam, vt author est Diomedes in 2. &
Donatus in barbarismo. Lucretius in 3.
Hæc etiam faciunt vbi discubuere, te-
nentque.

Pocula sæpe homines,& inumbrant ora
coronis.

Coronabant etiam ſtatuas. Capitolinus in Caracalla:Dani qui coronas imaginibus eius detraxerunt, vt alias ponerent .Et etiam in puteos & fontes antiqui coronas iaciebant, vt author eſt Varro in 2.de lingua Latina, vnde fontanalia tempus dicitur,quo id fieret.

Fontanalia.

Et au ſurplus enuoye les parties à huictaine par deuant ledict iuge, pour proceder ſur le prĩcipal, ainſi qu'il appartiendroit par raiſon.

LE IX. ARREST.

Vn amoureux ſe plainct de ſamye, de ce qu'elle entretient pluſieurs gallans, & de ce qu'elle porte pluſieurs fleurs & bouquetz, qu'il ne luy ha donné.Concluand qu'elle ne porte bouquetz, ſinon ceulx qu'il luy aura donné, & de ne faire chere à autre qu'à luy.

PAr deuãt le Marquis des fleurs & violettes d'Amours s'eſt aſ-

fis vn autre proces, d'vn amoureux demandeur d'vne part, & vne ieune amye deffenderesse d'autrepart. Et disoit le dict amoureux que tous les plus grans biens qui sont en Amours c'est d'entretenir les cœurs l'vn de l'autre en parfaicte alliãce & vnion d'amytié: & q̃ toutes & quãtesfois, qu'vn amant ou vne dame est vacquãt, ou q'elle s'entremet de complaire à plusieurs, c'est signe q̃ son cœur n'estoit point entier en loyauté. Et que lõ ne s'y doibt pas trop fier. Or ce p̃suppose disoit, que ceste dame cy auoit faict plusieurs promesses, & entre les autres, que iamais elle n'auroit autre que luy, tant qu'il seroit viuant. Et luy pareillement à elle si en auoient faict serment l'vn à l'autre si grand & solẽnel, que faire se peult en tel cas. Et ainsi auoyent promis qu'ilz ne

feroyent chose à leur pouuoir, parquoy nul d'entre eulx y peult prendre ny auoir desplaisir. Mais ce nõobstant ladicte dame puis n'a gueres de temps en ça s'entremettoit d'entretenir plusieurs gallans par parolles & tresbelles cheres, deffẽdues en tel cas.

Iuramẽtũ quod vergit in detrimẽtum, non est obseruandum.

QVOD hoc iuramentum ab hac rea obseruandum minimè sit, quòd vergeret in peius exitium, multis ostendi potest. Nobis enim melius peierandum est, quã pro euitando deiurio in aliud grauius crimẽ diuertam⁹.c. si aliquid.22.q.4. Anch. in c.2.de pact.in 6.Panor. in c.si verò. de iur. vbi in peius exitium verti ait, si iurent quem non alloqui.arg.c.cùm quidam. §. 1.eod.tit. in quo idẽ Panor.dicit hoc esse contra officium charitatis, qua solent salutatæ resalutare. Est etiam illicitum iusiurandum per quod salus corporalis reparari aut confirmari non possit. c. fin. 22.quæst.4. Esset enim illis mortis viam inferre, quod prohibitum est.c. non licet 23.quæst. 5. Pessimè quidem actum esset

cum mulieribus, si his confabulationibus prohiberentur, quòd natura id illis insitum sit, citius sanè potu & cibo abstinerent. Non enim verisimile est, vt in d. c. Panor. scribit, summũ optimum deum iuramentum hoc velle recipere, per quod sua creatura mortem incurrat, quam ipse tãta affectione fabrefecit. Esset præterea contra bonos mulierum mores præstitũ iuramentũ, igitur non obligatoriũ. Idem in c. si verò. regula nõ est. de reg. iur. in 6. Bart in l. si quis pro eo. col. 3. ff. de fideiuss. ꝗ etiam iure pontificio est. Paul. in d. l. si quis. Nã quæ facta lædũt pietatẽ, æstimationem, verecundiã nostrã, & vt generaliter dixerim, quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendũ est. l. filius. ff. de cond. inst. Est tamẽ necessaria pœnitẽtiæ iniunctio. illo c. cùm quidẽ. §. 1 quam ad cautelam fieri Ber. & Panor. dicũt. Si tamen eius cõfabulationes essẽt corruptibiles, esset hoc obligatorium, vt in illo c. Pan. ait. Iusiurãdum tamen quod amicorũ animos conciliat, est seruandũ. c. 1. 22. q. 1. quod contra superiora vrget. *Mulieres confabulantur.*

Et oultre plus pendoit tous les

iours en sa ceincture, & en sa quenouille bouquetz nouueaulx, & fleurs estrãges, sans ce que ledict amãt luy eust dõnees. Dont il ha vn peu de mal en sa teste: Car aucunes fois quand il est dedans son lict, & s'esueille sur ce point, il met bien trois heures à soy endormir. Et pource cõcluoit que sadicte dame fust cõtrainte, & condãnee à ne pl⁹ porter bouquetz ne fleurs en quelque maniere que ce soit: sinon qu'il les luy done, ou qu'il en soit d'accord. Et aussi qu'elle ne face chere à autruy, sinon à luy seul, & ainsi qu'elle auoit promis: & offroit de sa part, que si elle prenoit plaisir en fleurs & bouquetz, de luy en faire bailler, & auoir tous les iours tãt qu'elle vouldra, à fin qu'elle n'eust occasion d'en prendre ailleurs. De la part de ceste dame

deffédereſſe fut deffẽdu au contraire. Et diſoit q̃ quelques promeſſes que feiſſent dames, ſe doiuent entendre ciuilement: c'eſt à ſçauoir ha ou ſera leur plaiſir. Et ne donnẽt encore iamais ſi grande authorité qu'elles n'en retiennent touſiours aucune choſe deuers elles: & qu'elles ſoyent ſur leurs piedz pour vſer de leurs voluntez & plaiſirs: car elles ſont dames. Diſoit derechef, auec ce, que ledict amant ha tort de ſe plaindre de ce qu'elle porte bouquetz, & violettes: & qu'elle tient langage à trop de gens. Car ſuppoſé qu'elle luy ayt promis de l'aymer bien & loyaulment, elle n'eſt pas pourtant liee, & obligee, qu'elle ne puiſſe parler à autre qu'à luy, & prendre deſdictes violettes & bouquetz, ſi on luy en donne vn. Auſsi le cõtract qui ſeroit faict autremẽt,

ne se pourroit soustenir. Car lon sçait que dames ne peuuẽt renõcer aux biens qui leur peuuent venir.

Successioni futuræ quis nõ renunciat.

IVRI successionis mulier nec quidẽ alius renunciare potest nequaquã. Et huius dicti duo sunt capita, vnũ quidẽ affirmatiuũ, alterum verò negatiuum. Aut est enim pactũ de non succedẽdo, & non valet. l. fi. ff. de suis & leg. l. pactũ. C. de col. c. 2. de pact. in 6. sed nec de nõ querelando paternũ elogium. l. si quando. §. illud. C. de inoffi. test. Et quãuis bona quis repudiet alicuius, post tamẽ eius mortem, hæreditatẽ aut bonorũ possessionẽ petere non prohibetur. l. qui superstitis. ff. de acq. hær. Nec hæreditati, de cuius morte ambigitur, renunciatur. l. nec nos. C. de cap. Neq; valet pactũ coniugũ, vt ex vxore nati liberi nõ succedant. Acc. Pau. in d. l. pactũ. Successioni eñ quæ iure sanguinis cõpetit, nec tacitè, nec expressè renũciatur. Bar. in d. l. qui superstitis. Aut est cõuentio de succedẽdo, ꝙ vti de altero dicendũ est. l. pactũ quod dotali. C. de pact. l. eod. C. de inut. stip. nisi is, de cuius successione agitur, conferit, & ad mortem

vsq; perseuerauerit. l. si. C. eo. Nec pactũ, vt is qui superuixerit, alteri⁹ bonis potiatur, non nisi inter milites valet. l. licet. C. eo. sicut nec pollicitatio de hęreditate futura obligat. l. cùm donationis. C. de trãsact. vbi Bar. Nec valet pactũ vti bona mulieris post mortẽ ad virũ spectent. l. hæreditas. C. de pact. con. Neq; etiã societate vlterior cognatus ꝓximiori ad succesioñẽ præfertur. l. si fratres. §. idẽ respon. ff. ꝓ soc. Si tamẽ pater pactus fuerit, vt si filia in matrimonio absq; liberis decedat, dotis portio ad fratrẽ hæredẽ remaneat, valet, ita vt liberi postea suscepti & hæredes testamẽto relicti ad eã nõ admittantur. l. tale. §. pater. ff. de pact. Verùm in donantẽ partem bonorũ agnati viuẽtis pœna constituta est, vt hæreditas ab eo, tanquã ab indigno auferatur. l. quidã. §. fi. ff. de don. Vsque adeo em̃ leges exosam viuẽtis hæreditatis pactionẽ habent, ꝓpter testandi liberã facultatẽ. l. stipulatio hoc. ff. de ver. oblig. aut etiã periculũ vitæ, cui sæpenumero, frequẽtius tamẽ ab his qui hæreditatẽ illorũ sperãt, insidiatur, aiente Ouidio in 1. Met. Filius ante diem patrios inquirit in annos. ꝙ retulit Accur. in. l. fi.

C.de pact. & Remacius: Filius & patrios dirus coniurat in annos. vitas parentum etsi vt plurimũ breues vt lõgas exasperãtibus. Prius verò pactum quod de nõ succedendo est, iureiurando propter dispendium vitæ æternæ confirmatur, quod iure pontificio innouatũ est. d.c.2. Verùm Accur. in d.l. pactũ. per. l. non dubium. C. de leg. magis ipsi iuri ciuili, ac mulieri deferens, quæ facilis, & parentum autoritate & reuerentia rubore percita, incautaq́;, atq; iuri suo non bene cõsulens, aut quid id valeat ignorans, vel auiditate nubendi, qua ducitur inficiatur. Cuius opinionẽ reprobat Io. And. ĩ d.c.2. nõ insũtili ratione, & huius sententiã plenis vlnis amplexatur Bar. cui dicit standũ in d.l. q̃ superstitis. & in d.l. fi. de pact. & in d. l. pactũ. Vtrũ verò illud iuramentum præiudicet filiis, & quid si pactione sit cõprehensum filios nõ succedere, vide Bart. & Pau. in d.l. qui superstitis. Non tamen valet hoc pactũ, etsi sacramento vallatũ sit, si mulier indotata sit. Ancha. in d.c. 2. Alterũ verò caput iureiurando non conualescit. Bart. Pau. in d.l. qui superstitis. & in d.l. stipulatio hoc. Bar. in l. si quis pro eo. col. 3. ff.

de fideiuss. Paul. in l. pactum. C. de coll. Anch. vbi suprà. De qua re vide Bart. in d. l. stipulatio. & in l. fi. de pact.

Et ont don & priuilege de nature, de rire, & faire bonne chere à tous, à fin que nulz ne puissent dire qu'elles soient mal gracieuses.

PRIVILEGIA naturæ, & illius iura ne quidem Imperator tollere potest. cle. pastoralis. de re iudic. Iure tamen positiuo pactionibus, & stipulationibus quis obligat personam suam, & conditionem suam deteriorem facit. l. cùm scimus. C. de agr. & cen. Zab. i d. cle. pastoralis. ver. rursus.

Priuilegia naturæ quis tollere nõ potest.

Et appert bien que ledict amãt est bien ieune, simple, & mal conseillé, d'intenter proces & faire debat pour cecy. Car de tãt qu'il y auroit vers elle plusieurs requerans & seruiteurs, qu'elle l'auãceroit & aymeroit encores mieulx par dessus les autres, de tant auroit il plus de bien, & en seroit plus honno-

ré: mais il entend mal ſon cas. Car il ſeroit content qu'on l'allaſt accoler deuant tout le monde:& qu'elle ne parlaſt à autre qu'à luy, à fin qu'on dye qu'il euſt le bruyt: que n'eſt pas la maniere. Au regard des bouquetz,& des fleurs,il ha tort de s'en plaindre: car elle ha en ſa maiſon deſdictes violettes, & mariolaines, où elle les prend. Et poſé qu'on les luy donnaſt, ſi ny peult il auoir intereſt: car l'impoſition ne luy en eſt deuë. Et ſi n'eſt choſe ou lon ſe doiue guiere arreſter, veu que la fleur & odeur s'en paſſe de legier.

Flos citò perit. QVAM citò flores euaneſcãt, ex Auſonio & ſequacibus patet,hic in roſis:

Mirabar celerem fugitiua ętate rapinam,
Et dum naſcuntur conſenuiſſe roſas.

Et pòſt:

Tot ſpecies, tantosq; ortus, variosq; nouatus
Vna dies operit,conficit ipſa dies.

Conque-

Conquerimur, natura breuis quòd gratia florum eſt:
Oſtentata oculis illico dona rapis.
Quàm lõga vna dies, tã ætas lõga roſarũ:
Quas pubeſcẽtes iũcta ſenecta premit.
Quam modo naſcentem rutilus conſpexit Eous,
Hanc rediens ſero veſpere vidit anum.

Proper. in. 4.

Vidi ego odorati victura roſaria Pæſti
Sub matutino cocta iacere Noto.

Hor. in 2. Carminum:

Et minimum breuis Flores amœnæ ferre iube roſæ.

Boetius lib. 3. phil. conſ.

Cùm nemus flatu Zephyri tepentis
Vernis irrubuit roſis:
Spirat inſanum nebuloſus Auſter:
Iam ſpinis abeat decus.

Et quant à l'offre qu'il luy faict de l'en fournir, reſpondit qu'elle n'en auoit cure. Et ne vouloit nullement du monde qu'il euſt occaſion de les luy reprocher. Si concluoit par ſes moyens, à fin d'abſo-

lution, & de despens. Sur quoy ledict demandeur disoit au contraire que telz bouquetz, perles, & menues choses, sont cause aucunesfois d'esmouuoir les cueurs, & faire bailler les bontés aux autres, qui point ne s'en doubtent. Finablement parties ouyes, furent appoinctees en droict, & par sentēce si absolut ceste deffenderesse des impetitiōs & demādes de ce demādeur, en luy promettant, si elle vouloit, entāt que mestier estoit, de parler, rire, saluer, & porter bouquetz toutes & quātesfois qu'il luy plairoit, & bon luy sembleroit. Et condēna ledict amant en ses despens, dont il se sentit greué, & appella en la court de ceans, ou le proces ha esté reçeu pour iuger. Si ha la court veu ledict proces à grāde & meure deliberation, & ce qui faisoit à veoir

en ceste matiere, & tout veu, dit, qu'il ha esté bien iugé, & mal appellé, & l'amendera l'appellant: En le condemnant es despens de la cause d'appel, la taxation reseruee par deuers elle.

LE X. ARREST.

Vn amoureux demãde rescision d'vn cõtract, disant iceluy estre vsuraire, par ce qu'il estoit obligé faire à sa dame plusieurs dons, hõneurs, & seruices, le tout pour vn seul baiser.

DEuant le iuge de la garde des seaulx estably aux contractz d'amours, il s'est asis vn autre proces, entre vn amoureux demandeur, en matiere de rescision de contract vsuratif d'vne part: & vne sienne dame & amye, deffenderesse d'autre part. Et disoit ledict demãdeur, que de raison, & selon les ordõnances, toutes vsures sont en

amour prohibees & deffendues, & que lon n'en doibt point vser.

Vsura. VSVRARVM vti latus cãpus, ita & doctorũ circa eas lõgus tractatus, qui parũ aut nihil ꝓdest, quãdo circa vsurarios nulla ratio habeatur. Vbi enim vnquã auditi sunt, qui ecclesiastica caruerint sepultura? quorũ etiã cadauera magis auidè à sodalibus istis mẽdicis desiderantur. Vbinam verò ille parœcus inuentꝰ est, qui illorũ sacrificia recusauerit? Vbi vnquã testari ꝓhibiti sunt, quorũ hæredum anima fœlix ꝓpterea existimatur, quòd ob illorũ rapinas, auariciã, & vsuras ditiores relicti sint, quodq; anima illorũ orco vendicetur? Et licet hæc materia à neotericis iuriscõsultis fuerit latius agitata, minus tamen intellecta, donec ab Hermolao Barbaro è Columella, & Gulielmo Budæo elucidaretur, & nouissimè ab Aegidio Dõsano edito de Centesima vsura opusculo, & Leonardo Portio lib. 2. de sestertio. de qua etiã nonnulla dicere non incongruũ erit. *Vsura cẽtesima.* Et est vsura cẽtesima, vt isti voluerũt, cũ sors nũmis centũ cõstat, duodecim in vsuram pendũtur, ideo autore Budæo cen

tesima nuncupata, quòd centũ mensibus sorti æqualis sit. Quæ longè inferior est, quàm ab his leguleis dicatur, qui hanc in anno sortem ęquare autumãt, sicuti in cæteris vocabulis largius & latius interpretati sunt. Quæ res causam dedit edicto, pontificiis canonibus, & theologastris, vt inuisior haberetur. Hæc dicitur maxima. l. qui fine. ff. de neg. gest. vbi Acc. l. nõ existimo. ff. de admi. tut. item & grauissima. l. tutor qui. §. idem. ff. eo. quam legitimã Acc. in d. l. qui fine. & in l. curator. C. arb. tu. & in l. 1. C. de vsur. perperã voluit dici. quod cognitu facile est ex d. l. tutor. §. quę aut. vbi iuriscõsultus dicit ĩ cæteris causis præstari quincũces, aut triẽtes, aut leuiores, scd̃m regionis morẽ: meminerat em̃ prius pupillariũ quas legitimas vocauit, & superiori. §. grauissimarũ. quas constituit aduersus tutores, apud quos deprehẽsæ essent res pupilli in odiũ illorum, cùm denegarent quid se habere ad alẽdos pupillos. Erũt ergo legitimæ & pupillares, quæ inter grauissimas & leues sunt. Verùm enimero quonã pacto poterit dici legitima, si vt ipse cũ asseclis existimauit, cũ sortè ĩ anno par sit? Sũt præterea hęc voca

bula, maximus, grauissimus, suprà hoc legitimus his priscis iurisco͂sultis, qui ita proprie & signatè locuti sunt, vt vix vnius stylus ab altero secerni posit. Semisses verò cùm sors centũ sit, seni annuatim exiguntur, quas modicas, & ciuiles Plinius vocitauit; de quibus in l. qui semisses. l. cũ quidam. §. si debitores. ff. de vsuris. l. 1. C. de his quib. vt. Quæ media cẽtesimæ appellatur. l. fin. C. de vsu. fisc. lib. 10. Quincunces de quibus in d. §. quæ autem. & in l. alimenta. §. basilicæ. ff. de alim. & cib. cùm centum in sorte sunt, quinq; recipiuntur. Trientes cùm pro centum sorte quatuor soluuntur, de quibus in d. §. quæ autem. & in l. 3. §. fi. ff. ad leg. Falc. & hæc tertia centesimæ vocatur. d. l. cùm quidam. §. fi. l. eos. C. de vsur. De quibus Capitolinus in Antonino Pio. Fœnus trientariũ, vsuræ triẽtariæ minores vsuris semissibus, quæ ciuiles dictæ sunt. Sed trientariæ minores his, cùm è centũ quatuor reciperentur, à triente dictæ. Hæc ille, quas tantũ permisisse Antoninũ Piũ retulit. Hæ duæ posteriores leues dicuntur. arg. d. §. quæ autẽ. Hos enim rei literariæ duumuiros sectatus Barth. Socyn⁹.

Semisses vsuræ.

Vsuræ quincunces.

Trientes vsuræ.

Io. Pyrrhus,&, vt ipse ait. Petrus Stella Aurelij ambo,& And. Alciatus. Herculanus autem Vincentius.& Cotta eodē luto hæsitare (vt Terentij in Phormione vtar verbis)& salebra maluerunt, magis tamē pertinaciter q̃ doctè. Vsqueadeò enim illis donum fuit, pristinā suorum cōmutare authoritatem, quibus maluerunt potius adhærere, quàm emendatam Musis sanctissimè fortunantibus illorum inscitiam ac pertinaciā erroréq; reiicere, qđ malū nullū magis aliud scriptorū genus coërcet, adseruatq;, quorū pertinaciū authoritas penes graues scriptores parua est. Vsura an sit vtroque testamento, aut iure ciuili, vel etiam pontificio prohibita, videre est per scribentes in l. si non sortem. ff. de con. ind. & in l. 1. C. de sum. trinit. per Accur. & alios in aut. ad hæc. C. de vsur. & in rub. eo. titu. in aut. c. quia omnibus. vbi Ber. & alij. c. super eo. de vsur. In hoc tamen conclusum est, etiā iure pontificio vti vsuræ, vt id ꝙ interest & propter moram exigantur. Pau. in l. Iulianus. §. ex vēdito. ff. de act. emp. idē cū Bar. in d. l. 1. C. de summa tri. iidem cum Accur. in l. 2. C. de vsur. Panor. in c. dilecti. de fo. compe.

Vsura an sit prohibita.

& in c.1.& c.conquestus.& ibi Ber.de vsur.c.quoniã multi.vbi Io.14.q.4. Quod interesse venit ex mora,propter quã vsuræ debentur l.qui sine.ff.de neg. Interest enim moram non adhibuisse.l.sociũ qui. ff.pro soc.l.si ita quis.§.Seia. ff. de verb. oblig.& hoc in contractibus bonæ fidei. l.mora.§.in bonæ fidei.ff.de vsur.Panor. in dd.cc.conquestus.quoniam. Quando verò dicatur mora, vide in d.l.mora. In quibus vsura pro pœna est.Bar.in d.l.qui sine.Quod interesse non solùm ratione damni,verumetiam lucri cessantis æstimandum est.Bar.in l.imperatores.§.cùm quidam.ff.de lega.2.Pau.in d.l. 1. C. de sum trin.Et hæ vsuræ facilius in mercatore,quàm in alio quoquam tolerantur,idẽ in d.l.1.Cuius quidem interesse duas tantũ species subiiciam. Vnam rei venditæ, alteram verò dotis. Huius verò non solutæ ob matrimonij onera,quæ vir sustinet,vsuræ pẽduntur.l.fi.§.fi.C.de iur.do. quas trientes Iustinianus esse ait, quod Bart.ibi etiam Accur.in l.diuisione.ff.solu.mat.aiunt.Ex mora verò post bienniũ ad maiores,teneri dicunt,opinionem for san imperatoris prætergressi.Bar.Pau. in

l. in insulam. §. vsuras. ff. solu. matri. idem Pau. in d. l. 1. C. de summa trinita. Panor. in c. salubriter. de vsur. Barto. in responso 133. incip. Franciscus. Altera autẽ rei venditæ & traditæ, cuius pretium solutum nõ est, propter fructus quos emptor ex ea re percipere posset. l. fin. ff. de per. & com. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. empt. l. curabit. vbi Paul. C. eod. & in d. l. 1. C. de sum. trinit. l. 2. l. fructus. C. de vsur. l. initio. C. de pact. inter empt. arg. l. liberalitatis. ff. de vsur. Quæ vsura iure põtificio comprobatur. Accurs. in dd. ll. socium. 2. Ber. in d. c. conquestus. Bart. in d. l. Iulianus. §. idem Papinianus. Fœnus autẽ hoc solũ aspirare, & exercere debemus, vt qđ hîc misericorditer tribuimus, à domino, qui multipliciter & in perpetuum mansura tribuit, recipere valeamus. c. fin. 45. distinc. Nam vt diuus Paulinus ad Ausonium ait:

Contempta præsens, vel mage deposita sibi
Multo vt rependat fœnore.
Sine fraude gustus aucta creditoribus
Bonus æra reddit debitor.
Multaq; spretam largior pecuniam

Restituet vsuram Deus.

De hac vsura pulchrè plura Io. Chr. hom. 5. c. 1. Matthęi. Plutarchus Chęroneus libellũ nobis posteris reliquit περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι, quo vsurã detestatur, miseriamq; eorum, qui sub fœnore accipiũt, crudelitatemque vsurariorum ostẽdens, in eos qui vsuram penderent tale afferẽs prouerbium: Capram scilicet gestare nõ valeo: bouem tamen superponere laboro, id est, paupertatem ferre non possum: longè tamen grauius onus mihiipsi impono, fœneratorem videlicet, diuitibus etiam intolerabile. Idem in Problematibus dicit: Megarenses eiecto Theagene tyranno parũ modestè se præstitisse, aliquosq; summis diuitiis intemperantes factos. Quæ causa fuit vt pauperes in eos sæuirent, à quibus plebiscitum inde factũ est, vt vsuras quas antea creditorib[9] exoluissent, reciperent, illudq; patintotiã appellarunt. Aristoteles libr. 6. Pol. c. 4. legẽ refert, quam fuisse dicit Oxyli, qua cauebatur ne cuiquam super aliqua fundi parte fœnerari liceret. Appia. lib. 1. de bellis ciuilibus, legẽ Romæ fuisse, qua prohibitum erat super fœnus fœnerari: ꝙ si con-

tra itum fuisset, eadẽ mulcta erat. M. Cato de Re rust. leges Romanorũ furem dupli condemnasse, fœneratorẽ quadrupli. L. Genutiũ Tribunũ plebis tulisse ad populũ, ne fœnerare liceret, Liuius in 7. author est. & idẽ lib. 32. Prætorẽ Catonẽ in Sardinia omneis fœneratores ex ea abegisse. C. Tacitus libr. 5. hæc: Inter ea magna vis accusatorũ in eos irrupit, qui pecunias fœnore auctitabant aduersum legem dictatoris Cęsaris, qua de modo credendi, possidẽdiq; intra Italiam cauetur. Et non longè post: Nam primò x 11. tabulis sancitum, ne quis vnciario fœnore amplius exerceret, cùm antea ex libidine locupletium agitaretur. Dein rogatione tribunitia ad semiuncias redacta: postremò vetita versura, multisq; plebiscitis obuiã itum: ibi multa ad hãc rem. Suetonius ait Augustũ notasse aliquos, quòd pecunias leuiorib⁹ vsuris mutuati, grauiore fœnore collocassent: & in Vespasiano eum edixisse scribit, ne filiorumfamiliâs fœneratoribus exigendi crediti ius esset, hoc est, ne post patrum quidem mortem.

Or ce presuppoſé diſoit que du

temps qu'il accoïcta ladicte dame luy estant en la grand' chaleur.

Amor ignis est.

AMOR ignis est, calentq; qui amant. Strabo. lib. 10. Geographiæ: Cretenses amantem φιλήτορα, id est, ardentem, appellare scribit. Vergilius Eclo. 2.

Me tamen vrit amor: quis enim modus
adsit amori?

Et alibi: Ardebat Alexin.

Ex eo quòd amaret ex passione quæ intrinsecus fit per ἰδιοπαθείαν, vt Priscianus lib. 8. docet. Et in 4. Aeneid.

Vritur infœlix Dido. Et pòst:

Ardet amans Dido. Plautus in Asinaria:

Ex amore tantũ est homini incendium.

Et alibi:

Ita mihi in pectore, atque in corde facit
amor incendium,
Ni ex oculis lachrumæ descendant, iam
ardeat, credo, caput.

Phædra apud Senecam:

Pectus insanit vapore:
Amorq; torret intima sæuus, vorat
Penitus medullas, atq; per venas meat,
Visceribus ignis mersus, & venis latens,
Vt Agilis alta flamma percurrit trabes.

Sappho Ouidiana:

Vror vt indomitis igne exercetib' Euris,
Fertilis accensis messibus ardet ager.
Arua Phaon celebrat diuersa Typhoidos Aethnæ,
Me calor Aethneo nõ minor igne tenet.

Cornelius Gallus:

Nec reperire viam qua cæcum pasceret ignem.

R. Guaguinus.

Nescio quid sit amor. nec amo, nec amor, nec amaui:
Sed scio, si quis amat, vritur igne graui.

Velius:

Pellite dira foco vos frigora, nil mihi nudo
Igne op' est, ali' me coquit ignis amor.

Plura ad hanc rem testimonia afferri possent, verùm vno Augeriani ad Cæliã disticho hanc materiam finiendam censui.

Luce tua ipse cadens timeo ne maximus ignis
Sic calor hic terras, & maris vrat aquas.

Et voulant bien complaire à elle se ingera pour entrer en sa grace de luy offrir corps & biens, en luy fai-

ſant pluſieurs dons & gratuitez. Et fut bien vray, qu'en ce temps ledict galãt qui eſtoit fort feru & ſurprins de l'amour d'elle, & ne luy challoit qu'il feiſt, luy promit & obligea de luy mener toutes les feſtes de l'annee, entre minuict & le poinct du iour, le tabourin, & les bas meneſtriers, pour la reueiller en ſon lict: & oultre promit de luy dõner à toutes des eſtraines, vn beau chapperõ de mygraine, & auſsi vne robbe neufue à chaſcun premier iour du moys de May, de telle couleur que elle la vouldroit. Et auſsi eſtoit obligé de changer, & porter pour l'amour d'elle, tous les moys vne robe neufue à la deuiſe d'elle. Leſquelles choſes il auoit cõtinuees ia par long tẽps. Mais il eſtoit laſsé, veu q̃ la charge eſtoit bien grande. Et diſoit q̃ ledict contract ne ſe pouuoit

pas soubstenir. Car pour les biẽs & plaisirs dessusdictz qu'il estoit tenu de faire à ladicte deffenderesse, s'il n'amãdoit d'elle, il n'en auoit pour toute recõpense qu'vn seul baiser, quand il la pouuoit trouuer à part. Qui n'estoit pas iuste ne egalle recompensation. Et aussi la deceptiõ y estoit toute clere. Et disoit en outre que lesdictz menestriers, & robes, & chapperons sans les autres bagues, ne la peine de luy pour la poursuyte coustoit tous les ans vne grãd' somme d'atgẽt, qu'il luy cõuenoit bailler, & trouuer à payer de sa bourse pour complaire à elle, & luy faire plaisir, & toutesfois de sõ costé ne luy dõnoit qu'vn seul baiser, ne n'y mettoit du sien q̃ la bouche: ou la ioue, ẽ quoy elle gaignoit plus de la moitié, & sãs main mettre, parquoy l'vsure y estoit clere.

Vsuram præsumit modicum precium.

MODICVM autem precium facit præsumere contractum fœneratitium. c. ad nostram. vbi Pan. de emp. & vend. idem & Ber. in c. conquestus. de vsur. præsertim si consueuerit fœnerari. c. illo vos. de pig. illud tamen modicum non præsumit fœneratitium, nisi sint aliæ præsumptiones. Pan. in d. c. ad nostram.

Et pource concluoit & requeroit ledict amãt, que ledict cõtract fust rescindé, & annullé: & demãdoit despés. De la partie de ladicte deffenderesse fut deffendu au contraire. Et disoit que de l'appeller vsuriere ledict amãt auoit grãd tort, car auecques luy elle n'auoit guere gaigné. Mais il aduient souuẽt que pour faire plaisir lon ha dõmaige.

Pro bono quis sæpe numero malũ patitur.

GRATA enim hominum officia, & pij mores his nonnunquam nocumento esse solent, quod in muliere Ouidius in Heroidibus fuisse demonstrauit:

Est mihi supplicij causa, fuisse piam.

Et pour passer oultre disoit que si elle

ſi elle ne l'euſt iamais trouué, luy euſt eſté grand prouffit pour auoir souffert des malles nuictz pour luy: dont elle eſtoit petitement recompensee, & ne failloit point qu'il ſe plaigniſt dudict cõtract, car ne luy auoit pas faict faire, mais luy meſme l'auoit pourſuiuy & cherché. Diſoit auſsi qu'elle ne le contraingnoit point d'enuoyer au feſtes les meneſtriers deuant ſon huys. Ainçois venoyent iouer telles fois que elle euſt biẽ voulu qu'ilz en euſſent eſté biẽ loing. Car de les ouyr quãd lon n'a pas le cœur en ioye, eſt regrettement de dueil, & planté de pleurs & de larmes.

HIERONYMVS in procemio in Ezechielem, muſicam in luctu importunam narrationem eſſe ſcribit. *Muſica in luctu importuna narratio.*

Et quand eſt des robbes ſi luy ha faict plus grand plaiſir, & en eſt

biên tenu à elle, veu qu'elle luy auoit faict plus d'honneur, qu'il ne luy appartenoit, de les auoir vestues, & portees pour l'amour de luy. En tant que touche les robbes neufues dont il s'habilloit tous les moys, ladicte deffenderesse disoit qu'elle n'y auoit gaigné ne proffité. Et que s'il en vouloit auoir tous les iours, elle ne l'en pourroit pas garder. Disoit oultre pour respondre au faict de partie, que toutes les robbes, & tout l'argent qu'il sçauroit en tout le monde finer, pour faire dons & gratuitez, ne sont à comparager seulement à la moytié d'vn baiser.

Osculi bonum.

PHAEDRVS apud Plautum in Curculione Planesij suauium magis facit, q̃ si illi regnum detur, his verbis: Si quidem hercle mihi regnum detur, nunquam id potius persequar. Præcesserat enim sermo de osculo. Xenophon in oratione de Agesilai laudibus, apud Persas priscis mo

rem esse scribit, eos deosculari, quos honoribus prosequerentur. Seruāt insuper, vt Euripides in Hecuba ait, noctis oscula summam inter homines beneuolētiam.

Car s'il falloit faire estimatiō, ou prisatiō de l'vn à l'autre, & q̄ ce fust chose q̄ lō peust priser, ou estimer, lō trouueroit sans cōparaison, q̄ la moytié d'vn seul baiser d'vne dame ottroyé de bō cœur, vault mieulx q̄ to⁹ les biēs ne l'argēt, qu'on sçauroit donner. Or auoit ledict amoureux vn baiser d'elle tout entier, & par sa cōfessiō mesme prise en son preiudice. Parquoy de dire q̄ le cōtract fut vsuraire, n'y auoit apparēce nulle. Disoit aussi q̄ vn baiser est reputé en amours pour chose singuliere & spirituelle, & q̄ on ne la sçauoit trop vēdre ne achepter, mesmemēt quand il est ꝓcedāt de ioye, & qu'il y ha ēbrassemēt. Si tēdoit p ses moyēs ladicte dāe à fin d'absolutiō

& de despens. A quoy ledict demandeur par ses repliques disoit, que touchant ledict baiser il en auoit autant de peine comme elle, & de la ioye qui en yssoit, elle en amendoit aussi bien comme luy, parquoy il ne pouuoit cheoir en compensation.

Compensatio. NEMO compensat quod sibi nõ debetur. l. in rem. ff. de compens. l. eius. C. eo.

Non reddet sterilis semina iacta seges.
Dispensatorem fallax spoliabit amica:

Mercibus extructas obruet vnda rates.
Extra fortunam est quicquid donatur amicis:
Quas dederis solas semper habebis opes.

Debent tamen puellæ munera spernere, si castitati earum, atque honori consulere velint, & hanc rem illas monet Syluia apud Saxum:

-Hanc grauem puellæ
Pestem corporibus fugate castis,
Aurum spernite, muricisq; tinctas
Vestes, Carpathij maris lapillos:
Illis muneribus latent sub angues
Diri, lethiferi latent leones.

Et qui plus est, maintenant luy faict pire chere, qu'elle n'auoit accoustumé parauant, en luy rechignant à chascun coup. Parquoy ce galland voyant qu'il n'y pouuoit trouuer autre maniere, ha appellé dudict refus & rechignement en la court de ceans. Et pource concluoit tout pertinent en matiere d'appel, qu'il auoit esté mal refusé,

mal rechigné, & bien appellé par luy. A ses fins il offroit à prouuer, & demandoit prouision d'estre remis en l'estat qu'il estoit parauant son appel, & despens. De la partie de ladicte intimee fut deffendu au contraire: & disoit que si elle luy rechignoit, ou faisoit mauuaise chere, lon ne s'en deuoit pas esbahir: car il se vouloit trop mocquer d'elle, de luy presenter vn tel don, qui n'estoit pas receuable, veu que s'elle l'eust prins, elle eust confessé en effect d'estre amoureuse: car aussi il ne sert que de moucher, pource à bonne & iuste cause l'auoit refusé: Et n'estoit pas consequent l'opposition dudict refus vallable, & concluoit à ses fins. Et quant est de la prouisiō, n'en doibt point auoir: car pour meffaire ou mesprendre si lourdement enuers sa dame, qu'il

deuoit garder de courroucer, elle n'estoit tenue de rendre plaisir.

A quoy ce poure amant disoit qu'en telles matieres lon ne deuoit pas tant regarder au don, que à la volunté du donnant.

Donantis mens attendenda, non doni precium.

MENS enim donantis, non muneris precium attendenda est. Ouid. lib. 1. Eleg.

Nec tamen indignũ est à diuite munera posci,
Munera poscẽti quæ dare possit habet.
Carpite de plenis pendẽtes vitibus vuas,
Præbeat Alcinoi poma benignus ager.
Officium pauper numeret, studiumque, fidemque:
Quod quis habet dominæ conferat omne suæ.

Hic etiam in 4. de Ponto:

Sed qui, quàm potuit, dat maxima, gratus abunde est,
Et finem pietas contigit illa suum.
Nec quæ de parua pauper diis libat acerra
Thura minus grandi qàm data lance valent.

Agnaq́ue tam lactens quàm gramine pasta phalisco,
　Victima Tarpeios inficit icta focos.
Idem in Priapeis siue alius quisquis fuerit: lemna ad Priapum est:
Contentus modico Bacchus solet esse racemo,
　Cùm capiant alti vix sua musta lacus.
Magnaq́ue fœcundis cùm messibus area desit,
　In Cereris crines vna corona datur.
Tu quoque diue minor maiorum exempla secutus,
　Quamuis pauca damus, consule poma boni.

Petrus Leo ad quendā magnificū:

Munera non spernit, quæ mittit pauper ab agro,
　Iuppiter, amplectens quicquid in orbe vides.
Tu quoque nō spernes (credo) munuscula nostra,
　Et si quid maius mittere par fuerat.
Quod nequit effectus, supplet pia nostra voluntas,
　Accipias igitur, & memor esto mei.

Cornazanus:

Sponte ſua veniens munus vix vincitur auro,
Illiusq; decor eſt caruiſſe prece.

Ioan. Antonius Flaminius ad Petrum Soterinum:

Parua ſolent magni non ſpernere dona clientum
Sæpe duces, altæ eſt hoc Petre mentis opus.

Cato:

Exiguum munus cùm dat tibi pauper amicus,
Accipito placidè, plenè & laudare memento.

Darius vt ſcribit Herodotus libr.3. Siloſonti ob amiculum rutilum ſibi datũ Samum patriam dedit. & Plutarchus in Apophtheg. Artaxerxem Perſarum regem aquam ab operario pauperi iucundè ſuſcepiſſe memoriæ mandauit, quòd nil aliud haberet. Non quidem ob doni vilitatem, verùm ob promptam offerẽtis voluntatem. Eundem in eodem opere, & in eius vita ſcribit pomum egregiæ magnitudinis à pauperiore ſuſcepiſſe, hilarè quidem, prolatis etiam his verbis, Per ſolem hic mihi videtur vrbẽ, ſi credatur, ex parua magnam efficere poſſe. Nam vt ille au

thor ibidem ſubdit: Si in aliqua re mortalium animus contemplandus ſit, tum maximè in liberalitate. Theodoſius etiã Imperator vt tradit Sozomenus in hiſtoria eccleſiaſtica, cùm per æſtatis ardores in Bithynia circa meridiem iter faceret, laudauit eum qui obtuliſſet poculum frigidę aquæ, muneribusq́ue cumulauit. Quàm paruis muneribus contentæ fuerint olim amicæ, demonſtrant Lucretius & Propertius: ille in quinto:

Conciliabat enim vel mutua quamq́ue cupido:
Vel violata viri vis, atque impenſa libido,
Vel precium glandes, atque arbuta, vel pira lecta.

Hic lib. tertio:

Illis pompa fuit decuſſa cydonia ramo
Et dare puniceis plena caniſtra rubis:
Nunc violas tondere manu, nunc miſta referre
Lilia virgineis lucida per calathos.
Et portare ſuis veſtitas frondibus vuas,
Aut variam plumæ verſicoloris auem.
Iis tũ blanditiis furtiua per antra puellæ
Oſcula ſyluicolis empta dedere viris.

Et paſtor ille Maronianus.

Aurea mala decẽ misi, cras altera mittã.

Et affermoit par sa foy que iamais n'eust pensé là ou sadicte dame pense, mais seulemẽt luy auoit faict faire ledict mouchoir, qui estoit moult beau & riche pour l'amour d'elle. Et à fin que quand elle mettroit la main à ses clefz elle le veist, ou quand elle se moucheroit luy souuint alors de luy.

CVIVS enim donum frequentius aspicitur, huius memoria strictius retinetur cle. 1. de reliq. & ven.

Et brief, aymeroit mieulx mourir, que faire chose en son escient qui luy despleust: en offrant de luy donner en ce lieu vn autre tel don, qu'elle vouldroit en requerãt pour dieu mercy, en tant qu'il la pourroit auoir offencee. Sur quoy ladicte dame pour ses replicques disoit au contraire, que par le propos

mesmes dudict amant prins à son preiudice, il auoit delinqué, & que pour donner exemple aux autres, ou à fin que vne autre fois fussent mieulx aduisez, estoit besoing d'y pourueoir. Finablement parties ouyes ont esté appoïctez en droict, & à mettre deuers la court, & au conseil. Si ha la court d'Amours veu ledict proces à grand' & meure deliberation, & tout ce qu'il falloit veoir en ceste matiere. Et tout veu dit qu'il ha esté bien refusé, & procedé par ladicte dame, & mal appellé par ledict appellant, & l'amendera. En le condemnant es despens de la cause d'appel, la taxation reseruee: auec ce declaire la court ledict don non receuable ne valable.

In re illicita nō cōtrahitur donatio.

IN RE illicita non contrahitur donatio. Panor. in rub. eo. & interpretand■ est secundum personarum donātium quali-

Pro futuro matrimonio nihil dãdũ.

tatem. Idem in cap. pastoralis. illo ti. Hac verò ratione ob futurum matrimonium quicquam ab alterutro condonandũ non est. l. 1. ff. eod. l. si ita stipulatus. §. fin. ff. de verb. oblig. l. quòd sponsæ. l. cùm multæ. §. simplices. C. de dona. ante nupt. Nisi mulier nobilis sit, vir verò plebeius. Bar. Paul. in d. §. fina. Bart. in l. diuortio. ff. de verb. obli. Panor. in c. cùm in ecclesiæ. de simo. Quid si à tertia persona? per Pau. in d. l. fin. Panor. in d. c. cùm in ecclesię. Hęc etiam propriè donatio non est, cùm non ex mera liberalitate diffluat. d. l. 1. Quę si ob liberalitatem proficiscatur valet dict. l. 1. cui derogari Paul. dicit in l. affectionis. ff. eo. Affectionis tamẽ gratia in meretricem donationes valent. d. l. affectionis. præterquam in milite, vel minore, vt ibi per omneis. Bart. in l. idem. ff. de condit. ob turp. & sacerdote. Panor. in c. 1. de cler. ægrot. Nec quòd illis datur condicetur. d. l. idem. donationes in concubinam valent. l. donationes. ff. eod. Zabarel. in clem. 1. ver. ideo. colum. 2. de relig.

Donationes in cõcubinam valent.

En deffendant à tous amoureux de iamais n'en arrester leurs dames,

dames, sur peine d'amende arbitraire: & d'encourir l'indignation d'Amours.

LE XXVIII. ARREST.

Complainte d'vne femme de sa voysine, qui parle & mesdit d'elle, requerant qu'il luy soit deffendu de ne parler d'elle.

CEans s'est cõplaincte vne femme d'vne siene voysine, disant qu'elle luy tient les plus rudes termes du monde : car incontinent qu'elle veoit vn homme qui vient parler à elle, toute la iournee ne cessera de caqueter mal es voysines. Et iettant de petites pierres par vne fenestre qu'elle ha respondant sus la rue, dessus les gẽs qui estoyẽt à son huys pour les faire en aller: & puis quand on n'en tient compte ou que lon ne s'en bouge, elle s'en vient plainement à ladicte fenestre

tousiours,& dire Dieu vous gard, pour dire ie vous veoy bié,& proferãt plusieurs autres parolles mal sonnantes. Et encores plus, elle nõ contente de toutes ces choses icy tressouuent elle murmure: & s'elle ha quelque robbe ou chapperon nouueau, ceste femme deffenderesse va publier incontinent qu'elle le sçait bien qui luy ha donné, & que tel le paye qu'on ne le cuyderoit pas, en luy faisant plusieurs autres oultrages, & desplaisirs.

Vicinum malũ habere durũ est.

MALVM est habere nequam vicinũ.

Plautus in Mercatore:

Nunc ego verum illud verbum experior vetus,
Aliquid mali esse propter vicinũ malum.

Quam rem etiam in boue Hesiodus his verbis dicit: Μὴ δ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη. quod in omnibus rei familiaris referre partibus Columella dicit. Vicini, vt etiam ait Vergilius, pecoris contagia lædunt. Et vt ait Ouid. Nux vi-

cina damno est. Ratione vicinitatis quis punitur. Ber. Pan. in c. super specula. de priuil. Adonia & Seboin vrbes ob vicinitatem cũ Sodoma & aliis deustæ sunt. c. sed & continuo. de pœn. distinct. 1. Ber. in c. clerici. de exces. præl. Diœceses vicinæ ei diœcesi, in qua episcop⁹ captus est, interdicto subiacēt. clem. 1. de pœn. Obfuit etiam vicinitas Cremonæ, Mantuæ, cùm Cremonensium agri Cassij Bruti, & Antonij militibus non sufficerent, canente Vergilio: Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ. Et si quis in vẽdendo prędio confinem celauerit, quem si emptor audiuisset empturus non esset, tenebitur venditor emptori ad id quod interest. l. quod sæpe. §. fina. ff. de contrahen. empt. In emendo enim fundo id animo habere debet emptor, sicut præcepit Cato de re Rustica, vicini vt eniteant. Scitum quoq; illud Themistoclis est apud Plutarchum, quo pręconi proclamãti fundum bonum venalem fore, addere iussit habentem bonos vicinos. Reliqua viderint lectores in Chiliade Erasmica 4. centuria 5. in prin. Ast contra bonum habere, Teren. in propinqua amicitiæ parte existimat.

Tamen vel virtus tua,vel vicinitas:
(Quod ego in propinqua parte amicitiæ
puto)
Chremes Menedemũ vicinum alloquitur. Ob vicinitatem quis sentit commoda.d.c.super specula.vbi loca vicina Lutetiæ Parisiorum gaudent priuilegiis dictæ vrbis.

Et pource requeroit icelle demanderesse,qu'il fust deffendu à sa voysine de ne parler cõtre elle, sur peine d'auoir la langue percee. Et que sa fenestre, par ou elle vient escouter les gẽs,fust abbatue:& demandoit despens. De la partie de ceste deffenderesse fut deffendu au contraire. Et disoit qu'elle auoit tousiours vescu paisiblement, & n'eut iamais noyse en la rue, sinon depuis q̃ ladicte demanderesse y estoit venue demourer. Qui n'estoit contente des biens qu'elle ha,mais veult entreprẽdre sur les autres: & si luy semble pour deux ou trois

robbes qu'elle ha, qu'on la doit appeller ma dame, & qu'elle doit ſuppediter tout le monde. Or ne vouldroit point icelle deffendereſſe la deſpriſer: mais auſsi ne la ſouffriroit de tout ſon pouuoir entreprendre ſus elle, combien qu'elle y ha bien taſché par pluſieurs fois: & eſt vray que par faulx rappors elle luy ha ſouſtraict vn des meilleurs challans qu'elle euſt: parquoy ſi elle en eſt courroucee contre elle, on ne s'en doit eſmerueiller: & ſi elle ha parlé contre elle, auſsi ha la damoyſelle, & dict d'elle des maulx infinis, dont elle laiſſera la vẽgeance à Dieu qui ſçait tout.

OMNIA enim ſcit deus. c. nouit. de off. lega. de iud. c. fundamẽta. §. proinde. de elect. in 6. etiã antequã fiant. c. ſi. 25. q. 5. Omnia verò nuda & aperta ſunt oculis eius. c. deus. 2. q. 1. & q. 5. c. preſbyter. 1. Et ſolus nouit corda filiorum hominum. c. *Omnia ſcit deus.*

consuluisti.2.q.5.Est enim secretorum co gnitor.c.erubescant.32.dist.

Et quant est de la fenestre elle est sienne,& en sa maison. Parquoy elle y peult estre à toute heure,& ne la pourroit on empescher, qu'elle n'y vienne quand bon luy semblera. Au regard des chapperõs & des robbes nouuelles, disoit, qu'elle n'a pas dict encores tout ce qui en est: & quãd il fauldroit nommer ceulx qui les ont donnez, voyremẽt elle les nõmera bien. Parquoy ladicte demanderesse auoit moult grand tort de se plaindre d'elle,& au surplus concluoit à fin d'absolutiõ, & de despens. A quoy ladicte demanderesse respondit, disant, qu'il vauldroit beaucoup mieulx estre logé aux champs, que aupres d'vne fẽme enuieuse : car elle ne se peult taire, tant elle est courroucee du [illegible] d'autruy.

MVLIERES plus inuidiæ morbo laborare quàm viros, Arist. li. 9. de Animalibus scripsit, præsertim verò speciosis inuident authore Musęo. Plin. in Panegyri. quam ad Traianũ dixit: Nihil tam pronũ ad simultates quàm æmulatio in fœminis: ea porrò maximè nascitur ex coniunctione, alitur ex ęqualitàte, exardescit inuidia, cuius finis est odium. *Mulieres inuidæ.*

Et si en est le seruice d'Amours empesché, par ce que plusieurs entreprinsęs se pourroyent faire qui en sont rompues: & aduient moult voluntiers, que par telles mallesbouches l'honneur est sans cause tollu: & en dõne lõ charge à ceulx qui n'en peuuent mais.

DETERIORES sunt, qui vitam moresq; bonorũ corrumpunt, his qui substãtias aliorũ, prędiaq; diripiũt. Caueat itaq;, vnusquisque ne aut linguã, aut aures habeat prurientes, id est, ne ipse aliis detrahat, aut alios detrahẽtes audiat. Parcant singuli detractioni linguę, custodiantque sermones suos, & sciant quia cuncta quæ *Detractores.*

de aliis loquuntur, sua sentẽtia iudicabitur. cc. ex merito. deteriores. 6. q. 1. Et sunt infames. d. c. deteriores. Summa autẽ iniquitas est detrahere. Omnis enim qui detrahit fratri suo, homicida est, non habet partem in regno dei. c. summa. 6. q. 1. c. homicidiorum. de pœn. dist. 1. Quid enim aliud detrahentes faciunt, nisi quòd in puluerem sufflant, & in oculos suos terrã excitant, vt vnde plus detractionis sufflent, inde magis nihil veritatis videãt? c. inter. 11. q. 3. Nihil enim prodest homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate & obtrectationibus cohibeatur. c. nihil. de consec. dist. 5. Cũ detractoribus non cõmisfcearis, quoniam repente consurget perditio eorum, & ruinam vtriusque quis nouit? Prouer. c. 24. Custodite vos à detractione, Sapien. 1. Herodotus in hunc Latinum sensum: Nanque importunissima res est, in qua duo sunt, qui iniuriam faciũt: vnus cui iniuria fit. Qui detrahit iniurius est, quòd prius credit, quàm rem compertam habeat. Et illi cui absenti detrahitur, ob id fit iniuria, quòd ab altero insimulatur malus, ab altero talis putatur. Artabanus

Mardonium alloquitur. Diogenes, ſicuti in eius vita ſcribit Laërtius: interrogatus, quænam perniciosiſſimè morderet bellua, Ex feris, inquit, obtrectator, ex mitioribus autē adulator. Nam vt ait Ruffinus in diuum Hieronymum: Ad hęc vulnera quæ infliguntur ex lingua inter homines, medicus penè nullus eſt. Obtrectatores verò ſimiles ſunt canibus, qui cùm homines non audeant mordere, lapides tamen ab his iactatos dentibus apprehendunt. Sic detractores homineis in eorum abſentia lancinant, quòd præſentes non audent. De detractoribus ſic Pictorius ad Vrſum:

Quòd percunctāti de religione recuſem
  Reſpondere tibi, te ſtupor Vrſe manet.
Extimeo canibus ſanctum dare, quippe
  latrantem
Vitę hominē alteri⁹ ſuſpicor eſſe canē.

Eodem authore euitare obtrectationes vix quis poterit, cū ſint ſolatia peſſimorū:

Nemo tam pius, innocenſque tranſit
Huius curriculum volucre vitæ:
Vt morſus hominum queat dicaces
Euitare, probris bonos notare
Sunt ſolatia vana peſſimorum.

Quàm perniciosa res sit detractorem audire, ex Paulino ad Celãtiam videre est. Nihil enim tam inquietat animum, nihil est quod ita mobilem mentem, ac leuem faciat, quàm facile totum credere, & obtrectatorum verba temerario mẽtis assensu sequi: hinc enim crebræ dissensiones, hinc odia iniusta nascuntur.

Et semble, que veu qu'on ne luy dit mot, & aussi qu'on n'entreprẽt riẽ sur elle, qu'elle deust bien estre cõtente: mais elle aymeroit mieulx mourir, qu'elle ne parlast, ou dist mal de chascũ, & ne vit d'autre chose. Oultre disoit ladicte demanderesse, q̃ sadicte voysine ha biẽ grãd tort, & luy venoit d'vn faulx courage, de venir escouter ses parẽs & amis, et de ietter des pierres pour les faire departir. Disoit pareillement, qu'en sa vie ne feit vn mauuais rapport de ladicte deffenderesse, & ne luy vouldroit aucunement plaidoyer. Sur quoy icelle deffende-

resse disoit au cõtraire,& q̃ sa partie aduerse n'est qu'vne flateresse,et baueresse.Et q̃ auant qu'elle y vinst chascũ estoit de bõ accord,& sans murmure. Mais maĩtenãt on n'oyt q̃ debat & noyse,pour & à l'occasion d'elle. Finablemẽt parties ouyes, elles ont esté appoinctees en droict,& à mettre deuers la court, & au cõseil.Si ha la court veu et visité ledict ꝓces,& tout ce qu'il falloit veoir en ceste matiere. Et tout veu & cõsideré,dit,que la fenestre, par ou ladicte deffenderesse viẽt escouter les gẽs, & ietter des pierres, sera selee,& muree,cõme vne chose condẽnee.Et au surplus,la court deffend à chascune des parties,que elles ne parlẽt l'vne alẽcõtre de l'autre,en quelque façon ne maniere q̃ ce soit,sinon en tout biẽ & en tout honneur,sur peine de confiscation

de corps & de biens, & de la hart.

LE XXIX. ARREST.

Vne dame se complaint de son amy, de ce qu'il en ayme vne autre, & se doubte qu'elle n'ayt esté empoisonnee de luy: requerant qu'il en dise la verité par sa bouche en prison, & que deffense luy soit faicte, pendãt le proces, de n'aller vers ladicte nouuelle amye.

CEans s'est complainte vne dame d'vn sien amy, disãt, qu'elle ha de pieça donné son cœur du tout à luy, & qu'il n'est possible à femme d'aymer tant hõme, qu'elle ha faict luy: mais pource qu'il le sçait biẽ, il n'en faict guieres de cõpte, & la faict lãguir en maintes manieres. Et pour q̃lque priere qu'elle luy face, il ne la veult entretenir, ne luy bien faire: & quãd elle l'enuoye querir pour venir vers elle, il se faict celer. Et encores, s'il luy promet par sermẽt qu'il y viẽdra, il se faict

aller querir trois ou quatre fois, & n'en peult on venir à chef, ſinon à bien groſſe peine, cõbien qu'il n'y ha homme au monde mieulx feſtoyé, ny mieulx venu, quand on le peult auoir. Diſoit auec ce, que puis naguieres, ceſte dame a ſçeu, & eſt aduertie, que ledict galland en ayme vne autre. Et eſt la cauſe par laquelle il faict tãt de refus, qui eſt treſmal faict à luy, car il luy ha promis foy & loyaulté. Et ha veu le temps, qu'il euſt eſté bien heureux, quand ſeulement elle luy euſt voulu ſoubrire d'vn œil: mais on dit biẽ vray, quãd ilz ont faict des gens, il ne leur en ſouuient plus, & ſont folles celles qui s'y fient.

INFIDELES ſunt mulieribus homines. Terentius: *Viri non ſunt fideles mulieribus.*

Fidelẽ haud ferme mulieri īuenias virũ.

Idem in Hecyra: Perpol quàm paucos reperias meretricibus fideles eueni-

re amatores. Baptiſta Pius:

Infœlix quæcunque virum ſibi ſpondet amicum:

Perpetuus nullo regnat amore tenor.

Et diſoit ceſte dame complaignant, qu'à l'occaſion de ce cas, & de ce qu'elle voit maintenant que ledict galand l'a laiſſée, pour en prēdre vne autre, elle en ha eu, & ha ſi grāde deſplaiſance au cœur qu'elle ne ſçauroit boire ny manger choſe qui biē luy face, elle ne peult durer, ny dormir de nuict: car touſiours ſans ceſſer pēſe à luy, ſon cœur luy fremit, & luy viennent pluſieurs vomiſſemens, qui treſſouuent la font eſuanouyr: elle crache ſang à gros morceaux, meſlez de grand' ordure, qui eſt grand pitié. Et brief elle ſe doubte, que ledict galand ne luy ayt baillé quelque bocon, dont elle ha celle maladie.

Veneficij pœna. LEGE Cornelia de veneficiis tenetur

qui hominem necandi causa venenũ confecerit, dederitque. l. 1. & 3. ff. ad leg. Cornel. de sica. Cuius pœna est in insulã deportatio. sed & solent hodie capite puniri, nisi honestiore loco positi fuerint, vt pœnam legis sustineant. Humiliores solent vel bestiis subiici, altiores verò deportantur in insulam, dicta l. 3. Veneficiũ potius in muliere præsumitur, quã in viro, quod cõtrà in latrocinio est, vt Quintilianus lib. 5. cap. 10. scribit. Et Maxim⁹ Tyri⁹ sermo. 6. innuit, maximè in nouerca, & meretrice. Arsirice nouerca Agathoclem filium Lysimachi interfecit, dictãte Iustino lib. 17. Cornific. ad Herenn. lib. 4. vbi ratiocinatur hæc, (Illius enim opus magis est plurium sentẽtia, aut Gallionis, vt ex stylo deprehenditur, quàm Ciceronis: prȩsertim quòd hic fermè omnia ĩ arte scribat, quæ ille ad Herenniũ tradat, diuersa tamen phrasi. Etsi Georgius Valla contrarium pluribus rationib⁹ in Partitiones Ciceronis statim ab exordio satagere velit. Et Marinus Bechichemus capi. 39. centuriæ epistolicarum quȩstionum.) Quid? quàm mulierem veneficij damnatam putabam impudicã quo-

Veneficæ mulieres.

que necessariò: quia facilius ad id maleficium causa, quàm turpis amor & intemperans libido conuenire potuit. Et apud Ausoniũ: Toxica zelotypo dedit vxor mœcha marito. Hecate Persæ filii Solis filia, vt memoriæ lib. 5. Diodorus Siculus prodidit, ad venena mortifera conficiẽda summum studium operamque intendens prima aconitum inuenit, vim naturãque cuiusq; veneni in cibis, quos aduenis dabat, experta, veneno primũ patrẽ de medio sustulit. Circem hæc genuit, quæ hoc malo à matre edocta multa adinuenit, matreq; hoc artificio maior facta est. Hãc verò venenorũ deam Philostratus in Heroidibus vocat, quæ virũ veneficio peremit. Medea huic matre soror ab ambab[9] edocta arte hac plurimũ valuit. Homer[9] meminit Augei Epeorũ regis filiæ, cui cognita fuerũt omnia venena, quotquot terra enutrit: ἣ τόσσα φάρμακα ἤδη ὅσσα τρέφει εὐρεῖα χθών, cuius etiam meminit Strabo in octauo. Inter mulieres artificiosæ sunt ad veneficia conficienda Arabicæ, veluti autumat lib. 17. cap. 5. Antiq. Iudaica. Iosephus. Et Thessalæ, vt in parœmi[?] cesserint. Liuius autẽ lib. 8. Valerius l. 2.

Hecate. Persa.

Circe.

Augu-

Augustinus lib. 3. cap. 17. de Ciuitate Dei, scribunt Romæ M. Claudio Marcello, T. Valerio consulibus multos venenis ope matronarum enecatos, quorum mors infamem annum pestilentia fecit: ancillæ verò indicio proditę 20. in forum delatæ, inter quas Cornelia & Seruilia patriciæ, vt iussæ erant, epoto medicamento quod condidissent suamet ipsæ fraude interciderunt, damnatæq; sunt 170. nec antea de veneficis Romæ quæsitum est. Orosius lib. 3. capit. 10. dicit 380. condemnatas: in quo errorem in calculo ex authoritate præçedentium non futiliter coniecturandum. Valer. lib. 6. de seueritate, Publiam Posthumiam Albinum consulem, & Liciniam Asellum viros veneno necasse author est, alia tamen pœna affectæ: propinquiorum enim decreto strangulatæ sunt. Eadem Florus in Epithome lib. 48. Liuii scribit: Milesia apud Ciceronem pro Cluentio partum veneno abegit, cuius meminit Triphonius in capite Cicer. de pœn. ff. Formula legis de veneficiis ex eodem hæc est. Qui venenum malum fecit, feceritve, deque eius capite quærito. Mulier quæ venenis clàm datis maritum

N

& filium interfecerat apud CN. Dolabellam Asiæ proconsulem delata est, & confessa: scribente A. Gellio lib. 12. c. 7. Tacitus lib. 12. & 13. Locustam veneficii delatam scribit. Martia Commodo venenum pocillauit, vt author est Herodianus in. 1. Et Faustina Vero, sicut in eius vita scribit Capitolinus. Theodoricus Gallus veneno à Brunechilde confecto moritur, vt Gaguinus retulit. Statyra veneno Gygæ famulæ periit, vt dictauit Plutarchus in Artaxerxe, quæ venificii pœna vindicata est, quæ talis apud Persas est. Ampla enim petra est, in qua capita veneficorum alia petra feriunt, quoad faciem & caput fregerint. Romæ in marmore epitaphiũ legitur Pontiæ Titi Pontii filiæ, quę duos natos veneno consumpsit. Apud Horatiũ de Veia, & Canidia veneficis legere est. Iehu obiurgatus Ioram regi Israël veneficia matris Iezabelis. Reg. c. 9.

Elle ne vit, ny n'est soustenue que de souspirs: & ne boit que de l'eaue de larmes, les iambes luy cōmencẽt à peler, les ongles luy cheoyent. Parquoy ha grande presum-

ptiõ cõtre luy. Et aussi y ha eu information faicte à sa requeste. Si q̃roit ladicte dame, que ledict amant fust estroictement detenu prisonnier: & que l'on le contraignist à dire la verité par sa bouche.

AD crimen iudicii publici persequendum frustra procurator interuenit, multoq; magis ad defendendum. l. pen. §. fin. ff. de public. iud. & in l. 1. ff. an per alium causa app. de capitalibus causis. ex quibus sequi solet pœna vsque ad relegationẽ, ibi dictum est: in quibus Accur. & in l. seruum. ff. de procur. verũ illud esse existimat in criminib⁹, ex quib⁹ pœna supra relegationem luenda sit: secus verò si infra relegationẽ infligenda. Plures tamen sunt q̃ dicant procuratorẽ interuenire nõ posse, nisi quãdo mulcta imponẽda sit, & harum quidem partium vtrinq; plurimi fautores sunt, quos refert Bart. in d. §. fin. Pau. in d. §. publicè. Pan. in c. veniẽs. de accus. Accursianę verò opinionis ille in d. §. fin. & §. publicè. & in leg. fin. C. de iniur. Anch. in c. 1. de iud. in 6. & omnes ferme

Procurator in criminib⁹ publicis an interuenire possit.

Itali, dissensioq; inter hos & Cismõtanos orta est. Horum primipilus Petrus à Bella pertica, pro causa cuius facit c. tuæ. de procur. c. super his. de accus. in quibus nulla distinctio inter pœnas, modò criminaliter agatur; sicut ibi nulla per Ber. fit: & in dict. cap. veniens. nec ibi per Pan. nec Ioan. Andr. in d. c. 1. de iud. facta est. Petri verò in tantum æqua fuit sententia, vt Bar. ingenuè in dd. §§. fin. publicè. fassus sit, veriorem rigore iuris, & in disputando verissimam, prout etiam retulit Paul. in d. l. 1. Verũ ea fuit semper Barto. hominis Itali opinio, vt à Iurisperito Gallo dissentiret, non tamen absque calumnia, potius quàm ipsius veritatis amore & gratia. Illud etiam verum esse in criminibus priuatis, quando pœna supra relegationem infligitur, Accurs. Bar. in. d. §. fin. idque etiam arbitratur ex opinione Cismontanorum, sin alia pœna pecuniaria imponatur. Quando tamẽ id possit. l. fin. C. de iniur. Bern. & Pan. in dict. c. veniens. Ioan. And. in dict. c. 1. Pro manifestis sontibus patronos nõ admittendos. Bal. in. l. per omnes. C. de defen. ciui. dicit. Si verò admissus sit procurator, & si

Pro manifestis sontibus patroni non sunt admittendi.

non debuerit, an valeat quod gestum sit, Ioan. And. in d.c.1.& Pan. in d.c. veniẽs. Illud postremum non obticendum erit, vt quemadmodum causam criminalem procurator agitare nõ potest, ita vel illius appellationem prosequi, dicta l. prima.

De la partie de cest amant fut deffendu au contraire. Et disoit qu'au regard de luy, il ha esté comme encores est, de bonne vie & renõmee, ny ne feit oncques desplaisir à ladicte dame, ny à autre qu'il sçache, & aussi ne vouldroit il faire. Et est bien vray, qu'il ha fort aymé ladicte dame, & seruie par long temps, sans en estre amendé, que bien apoint: quand il ha bien congneu & veu ses estrãges manieres, bien peult estre qu'il s'en est voulu deffaire, & delaisser la peine qu'il auoit. Car trop est forte chose de tousiours seruir sans loyer.

DIGNVS est enim operarius merce- *Mercena*

rius dignus mercede sua. de sua.c.1.de sepul.c.quicunque. 2. 12. q. 2.Luc.cap.10.Et vnusquisque autem propriam mercedem accipiet, secundum suũ laborem: Paulus ad Corint. 3. & Timotheum cap.5. Non morabitur opus mercenarii tui apud te vsque manè. Leuitici cap. 19. & Tobiæ 4. Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarii apud te omnino non remaneat.

Aussi elle a d'autres seruiteurs, ou elle peult bien renoncer, & dont elle doibt estre contente. Disoit oultre ledict amant, qu'il n'est auiourd'huy si perilleuse chose, que de se adresser à vne dame, qui ha le cœur volage, pour le departir en plusieurs lieux.

Meretriciũ est plures ama- INSERVIRE pluribus meretricum magis est, quàm fidelis amasiæ. Plautus in Mostellaria: Matronæ, non meretricũ est vnum inseruire amantem. Cicero lib. 4.Quæstio.Tuscu. Etiam nouo quodam amore veterem amorem, tanquam clauo clauum eiiciendum putant.

Car les biens qui en pouuoyent venir, ne sont iamais entiers, ou par faictz, & n'en vient que noyses, & dissensions entre les contẽdans & requerans. Et quelque chose qu'elle die, iamais ne le mandoit qu'il n'allast deuers elle, en luy obeissant plus qu'il n'estoit tenu : & tellemẽt qu'il est las du seruice, & n'y veult plus retourner pour le preis, aussi est pourueu ailleurs. Parquoy d'adresser à luy ceste dame cy ne faict à receuoir. Et quant est de sa maladie, dict qu'elle luy vient d'ailleurs: mais il falloit prendre son excusation sur quelque chose: & au surplus requeroit ledict amant, qu'elle declarast, si elle le vouloit charger du cas qu'elle luy imposoit: car il protestoit à l'encontre d'elle d'en auoir reparation, & de conclure en amende honnorable, &

profitable. Et ſur ce que les gens d'Amours diſoyent, que puis nagueres ceſte dame eſtoit deuenue fort maigre & melancholieuſe, & cheoit ſur le pied.

Amor languentes et pallidos facit

HAEC omnia cauſabat amor, qui lãguentes facit, & pallidos reddit, vt teſtatur Ouidiana Cydippe:

Lãguor enim cauſis nõ apparẽtib⁹ hæret,
Adiutor & nulla feſſa medentis ope.

Hypermeſtra apud eundem:

Sanguis abit, mentemq; calor corpuſq; reliquit.

Et diſoit au contraire ledict amant, que par l'information qu'il ha faict faire touchant ſes iuſtifications & deffences, appert qu'elle eſt bien de meſchant & deſloyal courage. Et y ha aucuns teſmoings qui diſoyent qu'il ha beaucoup à faire au ſeruice de ceſte dame: car au commencement, luy ha eſté fort rude, auant qu'elle luy voul-

ſiſt faire aucun bien, & s'elle eſt punie de pareille peine, elle l'auoit bien deſeruy.

PVNITVR enim quis in eo in quo deliquit, Sapientiæ cap. 11. vt & adagialiter dicitur: Termeria mala: &, Neoptolemi vindicta. Seruo ad barbaros fugienti amputatur pes. l. ſi fugitiui. C. de ſer. fug. Is autem qui peregrinum teſtari non permiſit, in non teſtādi factione punitur. àutēt. omnes peregrini. C. comm. de ſucceſ. & §. vnde ſumitur. Eligens indignū hac vice illa poteſtate ſuſpenditur. c. 3. de tranſlat. epiſc. Confirmans eū, aut conſecrans, qui ſine S. Pontificis authoritate ad aliā eccleſiam cōuolarit, & à conſecrandi, & conferendi poteſtate ſuſpenditur. c. 2. hoc titul. Qui duos ordines vno, vel duobus continuato ieiunio diebus cōtulerit, ab eorum collatione ſuſpenditur, & recipientes ab ipſorum executione. c. literas. 2. & ſeq. de tem. ord. Qui literas iudicis ſui delegati aperuit, contra illas nō auditur. c. cùm olim. 2. de offic. deleg. Epiſcopus itaq; qui malitioſè præſentatum recuſauit, eidem de beneficio ſufficienti prouidere cōpelli

Punitur quis in eo in quo deliquit.

tur.c.pastoralis.de iure pat. In cœmiteriis aut etiã ecclesiis delinquens sub spe fruẽdæ,& potiundæ immunitatis, ea non gaudet.c.fi.de immu. eccl. Et qui detulit arma ad Turcas,tantũ debet in subsidiũ terræ sanctæ mittere, antequam ei gremium ecclesiæ reseretur.c.ad liberandũ.de Iud. Fumo periit Thurinus Verronius qui fumũ vẽdiderat, vt scribit H.Lampridius in Alexãdro Seuero. Impij sæpe patroni loquelam amittũt. Accur. in §. item surdus. Insti quib.nõ est permiss.fac.test. Bernardinus Bustus primũ aduocatus,dein sodalis mẽdicus, septẽ patronos Patauij mortuos,& absq; lingua repertos in suo rosario ser. 8. asseuerat. Aduocatos Apuleius lib.10. de Asino aureo ob voracitatẽ vulturios vocat,quibus concessum intra mœnia,& in ipso foro latrocinium, vt Lucius Columella in procemio dicit:cuius verba hæc sunt: Sine causidicis olim satis fœlices fuerunt, futuræq; sunt vrbes: & hoc aduocatorum vocat studium cõtra nocentes,& innocẽtes à maioribus neglectum, quibus etiam cõcessum intra mœnia, & in ipso foro latrociniũ. M.F.Victorin⁹ in expositione 1. Ciceronis de Arte sic inquit:

In aduocatos.

Occupatis itaq; circa remp. sapiētibus, & primū priuatarū cōtrouersiarū, postremū fortunarum patroni fieri cœperūt, qui interdum cōtra iustitiā malas causas defenderent, sæpe etiā vincerēt, coacti sunt sapientes illi reip. intenti ciuibus ac necessariis suis resistere cōtra illos callidos, ac disertos, qui assiduitate dicendi notissimi populo, atq; amicissimi esse cœperunt. Itaq; callidi cùm cōtra illos sapiētes viros dicerent, sæpe pares, interdùm superiores fuisse à populo iudicati sunt, & digni haberi cœperūt q remp. gubernarēt. Quib⁹ postq̄ cōmissa respub. est, multa incōmoda, multa naufragia cōtigerūt. Et pòst nō lōgè: Priuatorum negocia à callidissimis hominibus gubernata, qui postea pares sapiētibus, interdū meliores iudicati, cōmissam sibi remp. pessum dederūt. In aduocatorū auaritiam sic in 1. iocosè, vt sunt ferme omnia illi⁹ epigrāmata, Martialis:

Litigat, & podagra Diodorus, Flacce, laborat:
Sed nil patrono porrigit: hæc chiragra est.

Idem ait illos sibi solui velle, etsi prodant causam. in 8.

Egi Sexte tuam pactus duo milia causam:

Misisti nũmos quot mihi? mille: quid est?
Narrasti nihil, inquis, & à te prodita causa est,
Tanto plus debes Sexte, quòd erubui.
Iuuenalis plura in illos Satyra 7. ex quibus hæc:
Dic igitur quid causidicis ciuilia præstent
Officia, & magno comites in fasce libelli:
Ipsi magna sonant, sed tunc cùm creditor audit
Præcipuè, vel si tetigit latus acrior illo
Qui venit ad dubium grandi cum codice nomen:
Tũ immensa cani spirant mẽdacia folles,
Conspuiturq; sinus.

Ouidius in prima Elegia:

Turpe reos empta miseros defendere lingua:
Qđ faciat magnas turpe tribunal opes

Et in secundo de Tristibus:

Discitur, innocuas vt agat facũdia causas
Protegit hæc sontes, immeritosq; ꝑmit.

Seneca in Hercule furente:

Hic clamosi rabiosa fori
Iurgia vendens improbus iras Et verba locat. Tacitus lib. 11. 12. 13. & 16. legũ Titiæ & Cinciæ meminit, quibus cauebatur, ne

precio quis oraret. De his Plautus in Pœnulo: Istic thesaur⁹ stultis in lingua situs, Vt quæstui habeant malè loqui melioribus. Id autem nō conticescendū est quod ex Terentio in Phormione exprimitur, vt tot sint patronorum sententiæ quot ipsi sint, vbi Demipho Cratinum & Critonem de iure aduocatos interrogat, qui diuersas sententias respondent. Et illud omniū in aduocatis deterrimum est, quod scribit Seneca li. I. de Ira, vt etiam si ingeratur pertinacia, ament magis & potius tueantur errorem, vt in malis ereptis honestior illis sit pertinacia, quàm pœnitentia.

In aduocatos neotericos sic Saxus in I. epigramm.

Non pudet insontem morsu te lædere vatem,
Vipereo rauci garrula pica fori,
Vēdere qui tantū viduis mēdacia noscis,
Et dare plebeis verbula falsa reis.
Qui geminos toto defendis mēse cliētes,
Quorum ieiuna squalet vterque fame:
Qui meretricis agis causam, quam luridus vstor,
Vno sondapila comprimit asse sua.
Litibus hos serua strepit⁹, hæc sibila docti

Non clypeis Phœbi plũbea tela nocẽt.
Extincti lacerẽt funus tua rostra tribulis:
Non viui coruo scalpere membra licet.
Et in 4.
Non sunt causidicis voraciores,
Qui syluas habitant lupi rapaces.
De illis B. Mantuanus,
Stultorum est aliud genus immedicabile quoddam,
Latrones,& causidici, rabulæq; forenses,
Nummorum aucupiũ, docti legũmq; tyranni
Aere patrociniũ vendũt, ꝑducere causas,
Et lites pendere diu vindemia quædã est.
In aduocatos multa F. Philelphus Satyra 2. secundæ decadis. Prosunt tamen aduocati, & iurisconsulti, vt scribit Cicero in Topica his, Priuata enim iudicia maximarum quidem rerum in iurisconsultorum mihi videntur prudẽtia. Nam & adsunt multum,& adhibentur in consilio,& patronis diligentibus ad eorum prudentiam confugientibus hastas ministrant. Hæc de aduocatis plura quàm æquũ ipsis forsitan videatur.

En requerãt les gens d'Amours,

qu'ilz ſe voulſiſſent adioindre auec luy, tellement que le droict d'Amours y fuſt par tout gardé. Et diſoit qu'elle offroit prouuer ce qu'elle auoit dict, & plus encores. Parquoy ledict amãt debuoit eſtre priſonnier : & quand eſt à l'information qu'il auoit faict faire ſur les iuſtifications, l'on n'y debuoit adiouſter foy. Car tous les teſmoings eſtoyent à ſa poſte.

TESTIS corrupti dictum non valet. c licet. de proba. c. ſicut. de teſt. Ber. Pan. in c. 1. eod. titu. Teſtis enim teſtimonium vendere non debet. c. fi. 14. q. 5. Nam inquiente Ouid. 10. Eleg. *Teſtis corruptus*

Nõ bene cõducti vendunt periuria teſtes.

Quæ vera ſunt in fauorem corrumpẽtis, ſecus ſi pro parte nõ ſubornante. Si tamẽ pecunia generaliter data ſit, vt auxilio ſit, valet depoſitio. L. Romanus in ſing. fo. 9. Poſſunt etiam preces in teſtibus interuenire, dum tamen ceſſet corruptio. Pan. in d. c 1. in princip. ſecus ſi ij corrumpantur.

Accursius in l.diuus. in qua Bar. Paul. ff. de re iudic.l.diui. ff. de pœn. Accurs. in l. agnitis.vbi iidem.ff.de except. Paul. in l. exceptiones.ff.eo. Accur. cum prædictis. in l.2.C.si ex fal.instru. quamuis Bern. in c.cùm venerabilis.de except. tenuerit, quod ipso iure nulla sit,& perperam: de qua Panor.ibi col.9. Bart. Paul. in l.si prætor. §. Marcellus.ff.de iud. Bar. in l.nam & postea.§.si minor.ff.de iureiuran. idem in l. 1.C.si tutor ex fals. Ber. Panor.in c. licet. colum.3.de test. Testes corruptos Iustinianus redemptos in l. testium. C. de testib. vocat, & seductos Cicero pro Muræna. Testem fallacẽ detestatur deus, Prouerb. c.6.& 18. Homo autem qui contra proximum suum loquitur falsum testimoniũ, iaculum est, gladius,& sagitta acuta, Prouerb.c.25.Iuuenalis in 8.ne falsè deponamus,nos admonet:

Integer ambiguę si quãdo citabere testis,
Incertæq; rei, Phalaris licet imperet, vt sis
Falsus.

Pericles Atheniensis egregius vir ingenio,vt est apud A. Gellium lib.1.c.3. Plutarchum in Apophth.in politica,& de vitiosa verecundia, bonisq; omnibus disciplinis

plinis ornatus, cùm amicus eum rogaret, vt pro re causaq; ei⁹ falsum deieraret, his ad eũ verbis vsus est: δεῖ με συμπράττειν τοῖς φίλοις ἀλλὰ μέχρι θεῶν id est, vt Gaza interpretatur, Opus est me amicis commodare, sed vsq; ad aras. Qui antiquit⁹ falsum testimoniũ dixissent, vt Sextus Cecili⁹ iurisconsultus apud Gellium lib. 20. c. 1. ait, è saxo Tarpeio deiiciebantur. Liuius lib. 29. scribit M. Liuium C. Claudiũ collegã Censorium equum vendere iussisse, quòd summæ notæ erat duarum rerum causa, quarum præcipua fuit, quòd aduersus eũ falsum testimonium dixisset. Strabo lib. 15. apud Indos falsum testem extremis decurtari scribit. Lex Mosis erat, atteståte lib. 4. c. 6. Iosepho, vt testis falsus ea pateretur, quæ is contra quem falsò testificatus, passurus esset. Charundas, vti Aristoteles lib. 2. c. 10. Ethico. memoriæ mandauit, falso testi primus mulctam indixit.

Et au regard de sa maladie, affermoit qu'elle ne luy venoit d'ailleurs que de luy. Et qu'il auoit tort de se plaindre d'elle : car iamais ne trouua femme qui l'aymast autant

qu'elle ha faict : ne qui luy face autant de plaisirs: & requeroit prouision, au moins que pédant le proces luy fust deffendu de non aller deuers la dame par luy nouuellement choysie. Et ledict amãt disoit que ce n'estoit pas raison : car pour elle ne debuoit estre retardé son bien, & s'il luy auoit faict promesse n'estoit pas à tousiours, parquoy ne cheoit aucune prouision. Finablement parties ouyes ont esté appoinctees en droict, & au conseil. Si ha la court veu ledict proces, & tout ce qu'il falloit veoir en ceste dicte matiere: & tout veu, dict, que lesdictes parties ne se peuuent aucunement deliurer sans enquerir la verité de leurs faictz, & qu'elles sont contraires : si feront leur enqueste, & icelle faicte & rapportee par deuers la court elle leur fera droict.

Et au regard de prouision requise par ladicte dame, la court dist que aucune ne luy en sera faicte pour le present, mais permet audict amoureux de se pourueoir ailleurs, & de seruir telle dame que bon luy semblera, pendant le proces, & iusques à ce qu'autremẽt en soit ordonné.

LE XXX. ARREST.

Vn amy se plainct de ce que pour seruir à sa dame il ha tout despendu: laquelle depuis n'a tenu conte de luy: concluant à ce qu'elle fust condemnee à l'entretenir comme deuant.

CEans s'est plainct vn Amoureux d'vne sienne dame, que il ha longuement seruie. Disoit que du temps qu'il eut premierement congnoissance à elle, il estoit bien ayse: & auoit du sien largemẽt. Et quãd elle luy deman-

doit aucune chose à prester, ou donner, iamais ne luy eust refusé.

Amãtes omnia amicæ cõmodant.

AMANTES nihil amicis ad commodandum denegare debent, quod ex Propertio lib.1.est:

Neu si quid petiit, ingrata fronte negaris:
Neu tibi pro vario verba benigna cadũt.

Or estoit vray q̃ pour tousiours fournir aux fraitz, & aux grandes cheres sa cheuãce y auoit esté employee, & tellement que ses eaues estoyent deuenues bien basses.

Amans fundo caret.

COMMVNE prouerbium apud Ciceronem lib.3. Offic. tale est, Largitio fundũ non habet. Plautus in Truculento:

Occiderunt etiam mihi fundi & ædes.

Ouid. in 2. de Rem. amo.

Gnosida fecisses inopẽ, sapienter amasses:
Diuitiis alitur luxuriosus amor.
Cur nemo est Hecalen, nulla est quæ ceperit Irum?
Nempe quòd alter egens, altera pauper erat.
Non habet, vnde suum paupertas pascat amorem:

.Nõ tamẽ hoc tãtũ est pauper vt esse velis. Ioan. Chrysostom⁹ in hoc apostoli dictũ: Vtinam tolerassetis, &c. Ex amore inquit vulgari non modò nihil accrescit emolumenti, sed ingentem quoque rei familiaris iacturam facit, inanem sumptũ vitæq; internecionẽ, adeoq; ædium ẽ fundo subuersionem. Hæc sunt illius autoris verba Latinè facta.

Mais il cuydoit qu'elle deust soubuenir, comme il ha faict à elle: & la pria de luy ayder, & de l'entretenir, dont n'a rien voulu faire: ains luy ha plainement respondu qu'il perdoit son temps, & que puis qu'il n'auoit plus de quoy, elle n'en tenoit compte.

NON nisi qui plura posside, amatur, reuereturq;. Ouidius primo de ponto: Diligitur nemo, nisi cui fortuna secũda est, Quę simul intonuit, ꝓxima queq; fugat.

Nemo amatur cui fortuna secũda nõ sit.

Et non contente de celuy, ha faict dire, qu'il se retire chez ses amis: car plus n'auoit intention de

l'aymer, ny de luy faire aucun biẽ. Et encore qui pis est, se mocque de luy deuãt les autres, en le mõstrant au doigt: qui luy est plus de martyre, que qui le frapperoit d'vn cousteau parmy le cueur. Si requeroit finablement ledict amãt, que sadicte dame fust condénee, nonobstãt son aduersité, de l'entretenir seulement en amour, & luy faire chere cõme elle souloit: & qu'il fust preferé deuant tous les autres, attendu mesmement qu'il estoit des premiers venus, & des anciens seruiteurs. De la partie de ceste deffenderesse fut deffendu au cõtraire. Et disoit pour son proffit, que quiconques veult d'Amours iouyr, baille l'argẽt deuãt la main: & q̃ c'est grãde folie, que de s'attẽdre à l'escuelle d'autruy, s'il ne fournit & rẽplit. Disoit auec ce, que le galãd au tẽps de

ſa fortune, & que les biens luy venoyent en dormant, il s'eſt meſcongneu, & en ha feſtoyé vn & autre, dont il ſe fuſt bien paſſé: & maintenant s'il ha diſette, il n'eſt pas trop mal employé. Et quand eſt de l'aymer, elle diſoit, qu'elle n'y eſtoit point tenue: car les biens & vertus qui ſouloient eſtre en luy, n'y ſont plus. Et ne falloit ia ramẽteuoir les bonnes cheres du temps paſsé: car ſi ledict amant luy ha faict tant de plaiſirs & ſeruices, auſsi luy en ha elle faict pluſieurs autres, qui n'eſt ia beſoing de declairer. Et puis que il eſt ainſi que poureté maintenant le guerroye, adonc elle n'en veult plus: car auſsi au lieu ou elle habite n'y ha que toute malheureté, et iamais ne s'y treuue ioye.

CORNELIVS Tacitus lib.14. ſcribit, Marcellum credidiſſe paupertatem præ- *Paupertas.*

cipuum malorum esse: & aliquos hāc existimasse, Plutarchus de virtute morū, malum, alios magnū quidem malum, nōnullos maximum, vt etiam eius vitandæ gratia ī scopulos, mariaq; sese impingāt. Plato de Repub. illā illiberalitatem, & maleficia gignere memorat, & ille de vitiosa verecundia Thucydidem autumasse scribit, turpe quidem nō fateri paupertatem, turpius verum re ipsa non effugere. Laertius in Thalete, apud Spartiatas celebratum fuisse dicit, pauperem neminem bonum esse. De miseria illius sic etiam Plautus in Rudente:

Omnibus modis qui pauperes sunt homines miseri viuunt,
Præsertim quibus nec quæstus est nec artem didicere vllam,
Necessitate quicquid est domi, id sat est habendum.

Terent. in Phormione,

Paupertas mihi onus visum est, & miserum, & graue.

Martial. lib. 9. dicit, Cinnam periisse, quòd luxuriosus opes hausisset, vbi ab astrologo citò se periturum accepisset.

Dixerat astrolog⁹ periturū te citò Cinna,

Nec puto mentitus dixerat ille tibi.
Nam tu dum metuis, ne quid post fata relinquas,
Hausisti patrias luxuriosus opes.
Bis quartum decies, non toto tabuit anno
Dic mihi, non est hoc Cinna perire citò?

Claudianus in Eutropium iniquã pauperiẽ vocat. Et turpem egestatẽ, Vergil. in 6. dicit. At cõtra Demosthenes ꝑ Olynthiis, δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδέν ἐστιν γενέσθαι τῶν δεόντων, id est, omnino pecunia opus est, & sine ea nihil rectè agi potest. Et pecuniã plurimum in honore inter res humanas mortalibus esse Strabo, lib 9. scribit, hácq; ratione reges δυνάστας, id est, potentes Græci vocant, quòd plurimum possint, quodq; etiam velint per munificentiam id persuadeãt. Dat etiam census honores. Ouid. lib. 1. Fastorum, *Pecunia.* *Diuitiæ dãt honores.*

In ꝑcio preciũ nũc est, dat cẽsus honores,
Census amicitias, pauper vbiq; iacet.

Horatius,

Scilicet vxorẽ, cũ dote fidẽmq; & amicos,
Et genus & formã regina pecunia donat.

Pacificus in 2. Virginiæ,

Nil opibus melius, nil est & sanctius illis:
Diuitias dicunt sanguinis esse loco.

Verùm nō vsq; adeo pauperiem viri ꝓbi exprobrarūt, sed & laudarunt doctissimi homines. Porphyriō in Horatiū 3. Carm. Od. 3. paupertatē apud veteres magis in honore fuisse, q̃ diuitias scribit. Sic eñ de ea Valerius Maximus: Quid ergo mē-dicam fortunā, quasi præcipuū generis humani malū diuturnis conuitiis lacerem? Omnia nimirū habet, q nihil cōcupiscit, eo quidē certius, quàm q cūcta possidet: quia dominiū rerū collabi solet, bonę mē-tis vsurpatio nullū tristioris fortunæ recipit incursum. Itaque quorsum attinet aut diuitias ī prima fœlicitatis parte, aut paupertatē in vltimo miseriarum statu ponere, cùm & illarū frons multis intus amaritudinibus sit referta, & huius horridior aspectus solidis & certis bonis abūdet? Nemo magis inter authores Latinos, diffusius, crebriusq; paupertatem cōmendauit, quàm Seneca, hoc quidem sapiēter atque philosophicè, quòd philosophantium sit paupertatē deuouere, & expeditā ad philosophandū hic epistola 17. dicat. & id attestatur Aristoteles lib. 1. capit. 7. Politico. (prætereo hîc quæ ab antiquis iuriscōsultis super re hac memoriæ mandata sunt)

edito etiã per illum de eadem ad Luciliũ tractatulo, cuius nõnulla dicta ex eius diuersis operibus hoc ĩ loco congerã. Epist. 1. lib. 1. Nõ puto pauperẽ, cui quantulumcunq; superẽst, sat est. & epistola 2. Honesta, inquit, res est læta paupertas: illa verò non est paupertas, si læta est. Cui em̃ cum paupertate bene cõuenit, diues est: nõ qui parũ habet, sed qui plus cupit, pauper est. Quid em̃ refert quantum illi in arca sit, quãtum in horreis iaceat, quantũ pascat, aut fœneret, si alieno imminet, si nõ acquisita, sed acquirẽda computet? Quis sit diuitiarũ modus quæris: primus habere, qđ necesse est, ꝓximus quod sat est. Epistola 4. Cui cum paupertate conuenit, diues est. Epistola xx. Magnus est ille qui in diuitiis pauper est, sed securior qui caret diuitiis. Nescio quo modo iste paupertatem laturus est, si in illã inciderit. Epistola 87. Fiunt autem ex auaritia diuitię, ergo non sunt bonum. Et ibi multa in diuitias cum ipsius paupertatis definitione. Epistola autem 123. Paupertas nulli malum, nisi repugnanti. cui conuenit illud Ouid. in 8. Paupertatémque ferendo Effecere leuem. de Philemone & Baucide lo-

quitur. & ille 1. de Moribus, qui tamen ab aliquibus nothus existimatur: Scire vti paupertate maxima fœlicitas. Seneca Tragicus in Octauia:

Bene paupertas humili tecto colenda latet,
Quas ciunt altas sæpe procellæ.
Aut euertit fortuna domos.

Et illius ciuis Lucanus in 5.

O vitæ tuta facultas
Pauperis angustiq; lares, ò munera nōdū
Intellecta deûm. alibi in 5. Paupertate pij.

Pauperes probi. Q. Curtius in 4. Causa ei paupertatis sicut plerisque probitas erat. Homerus lib. 4. Odisseæ, prope Iouem hospites omnes & pauperes locat. Quare autem paupertas apud bonos sępius, quàm apud malos hospitetur, Arist. sectione 29. differit, aut quòd ab omnibus odio habeatur, & apud bonos perfugiat, nacta saltem apud illos salutem, aut quòd probos se bene vsuros existimet, vel quòd fœmina sit, inops quidem consilij, atque virium, vt sese ab huiusmodi hominibus summopere cōmendatam velit, aut quòd mala sit, nec malis coniungi velit, siue quòd fortuna cęca sit,

Mais les gens d'Amours diſoyét au contraire, qu'ilz ne pouuoyent toucher au faict dudict chappellet, non plus qu'au feu, & s'ilz en ont congneu au temps paſſé, ce ha eſté par entreprinſe, & en abuſant. Et auſsi diſoyent les heritiers d'icelle defuncte, que veu que ledict Official n'eſtoit point iuge d'elle, elle n'y deuoit comparoir, ny enuoyer. Et au regard des charges, q̃ ledict galand bailloit à ladicte feu dame, nulle autre ne pouuoit eſtre pl⁹ hũble, ny gracieuſe qu'elle eſtoit, cõme on pourroit ſçauoir par tous ceulx qui l'auoyent hantee: & auſsi

n'y auoit il point d'apparence d'aller baiser vn hōme à la volee, sans le congnoistre, & qui estoit habillé comme vn vieleux, en concluant comme dessus. Lesquelles parties ouyes en tout ce qu'elles ont voulu dire, & alleguer, elles ont esté appoinctees en droict. Si ha la court veu & visité ledict proces, & tout veu & consideré ce qu'il falloit cōsiderer, ladicte court condamne ledict Official, Vicaire, & promoteur d'Amours, & aussi ledict amoureux, & chascun d'eulx, en tāt qu'il luy touchoit à reuoquer, casser, & annuller lesdictes citations, excommuniemens, proces, & procedeures faictes par deuant ledict Official.

Processus contra cōtumacem factus an valeat.

PROCESSVS contra citatum non comparētem, quem certum erat non debere comparere factus, contumacię punitiuus non valet: secus si dubium foret. Pa-

nor. in ca. præterea. col. fin. de dila. Bern. in c. si duobus. in verbo, nisi cognouerit. vbi Panor. colum. 4. de appel.

Et à mettre au neant à leurs propres coustz & despés. Et auecques ce les condemne tous ensemble à deterrer, & oster, ou faire deterrer & oster ladicte defuncte du lieu là ou elle est, pour porter & enterrer au cimetiere d'Amours dedans vn beau carreau de giroflee, & au lieu ou elle ha esleu sa sepulture par son testament.

Sepeliendus vbi quis sit.

SEPVLTVRAM enim secundum animi sententiam, vbi volet adultus eligere poteſt, dum tamen parœcia iudicii sui quartam accipiat: quòd si non eligat, in maiorum loco inhumandus eſt. c. 1. vbi Pan. de sepul. c. in noſtra. eo. c. 2. eo. in 6. vbi Anchar. colum. 1. & 2. etiam si ruri deceſſerit. capi. is qui. eod. in 6. Oportebat tamen antiquitus religioſiorem locum eligere. c. fraternitatem. eod. quod innouatum eſt, cùm liceat & minus. cap. 2. §. fin. eod. in 6. Religionis funerũ anti-

quitus non parua cura fuit, vt etsi testator sub conditione hæredem scripserit, si reliquias in mare proiiciat suas, non præterea ab hæreditate expellendus, quod in memoriam humanæ conditionis sepulturæ tradiderit, quin & magis laudãdus. l. quidam. ff. de cõdi. institu. Ob id intro ducta est actio sepulchri violati, cuius vnum exemplum è Plutarcho in Apophtheg. & Maximo Tyrio sermon. 10. subiiciam. Darius Semiramidis sepulchrum, cui inscriptum erat, vt quisquis regum pecuniis egeret, eo dirupto, quantũ vellet, sumeret, demolitus est, nihilque inuento in aliud insculptum incidit: Ni malus & pecuniarũ inexplebilis fuisses, mortuorum loculos non excussisses: longè sua opinione frustratus, auarus quidẽ & iniquus rex, qui corpus reginæ quiescere non sineret. Herodotus tamen de sepulchro Nitocreos reginæ Babylonis supra portas celeberrimas in loco edito posito eadem commeminit. Nescio an hæc eadem cum Semiramide sit. Cyri sepulchrum violatum fuisse, author est Arrianus in 6. circa fin. & Ioan. Monachus in vita Alexandri.

Darius. Semiramidis sepulchrũ.

Et ſi les condamne en oultre à aller tous aupres du corps iuſques en l'Egliſe, & y eſtre tout au long du ſeruice de ladicte defuncte. Et deffend ladicte court audict Official, que deſormais, de telle matiere, qui touche ledict chapellet, ny les dependences ilz n'entreprennent congnoiſſance ſur peine d'amende arbitraire.

LE XXXVII. ARREST.

En la cauſe d'vne dame demandereſſe, & les cordeliers de l'obſeruance d'Amours deffendeurs, diſoit ladicte demandereſſe, qu'entre elle & vn ieune cordelier, auant qu'il fuſt rendu, il y eut promeſſe de ne ſe ſeparer iamais, requerant qu'il fuſt exhibé en iugement pour en auoir quictance, ou d'entretenir ſes promeſſes.

EN la court de ceās s'eſt aſsis vn autre proces entre vne gratieuſe dame demandereſſe d'vne part,

& les religieux cordeliers de l'obseruãce d'Amours, d'autre part. Et disoit ladicte dame, q̃ ia pieça elle eut grande accointance de familiarité singuliere auec vn ieune religieux nouuellement rendu de l'ordre: & tellement qu'ilz se donnerẽt l'vn à l'autre, & promisrẽt ne separer l'alliãce d'entre eulx deux, pour quelque temps, ou fortune, qui leur peut aduenir. Et sur ces choses y eut vœuz faictz en Amours, cõfirmatoires d'icelle alliance, tant & si auãt, que faire se pouuoit en tel cas. Mais ce nonobstant ledict amoureux cordelier, pour vne petite fumee, ou quelque desplaisance, qu'il ha eu puis n'a gueres de tẽps en ça, s'en est de son authorité & sans le consentement, ny prendre congé de sa dicte dame, allé bouter & rendre en ladicte religion.

VOTVM hoc non valuisset, ni perseuerasset, quòd calore iracundiæ emissum sit. Ber. Pan. in c. penul. de cōuer. coniug. Voluntariū etenim militē eligit CHRISTUS. c. non est. 15. q. 1. Solent enim ij nostri amasii aut calore iracundiæ, vbi amica potiri nō possunt, vel etiam amoris amētia, ac furore ingredi religionē, id quod testatur Pontanus ad Fanniam: *Votū calore iracundiæ.*

Ah valeant Veneres, valeant mala gaudia amoris:
Casta placent, luxus desidiose vale.
Iam mihi Francisci tunicam, chordamq; parate,
Iam teneāt nudos lignea vincla pedes.

De professione calore iracundiæ facta, Panorm. in c. ex literis. de diuort.

Ce qu'il ne pouuoit ne deuoit faire, ainçois venoit directement cōtre son premier vœu & serment.

REVS enim fracti voti aliquatenus non habetur, quòd temporale obsequiū in perpetuam religionis obseruantiam commutarit. c. scripturæ. de vot. & voti red. Quinimò is qui cum aliqua etiam per verba de præsenti contrahere iurauit, *Voti reus non habetur qui illud in melius commutat.*

ea ducta, non tamen cognita, religionem ingredi potest. c. commissum. de spons. Nō enim propositum aut promissum infringit, qui in melius illud commutat. c. peruenit. de iureiu.

Et pource que ceste dame se sentoit tenue quant à l'ame, de le declarer vne fois. Et qu'elle auoit tres grand interest d'auoir quictance & renunciation de sa promesse, pour se pourueoir ailleurs en lieu de luy d'vn autre amant & seruiteur, elle cōcluoit & requeroit, que lesdictz religieux cordeliers fussens condãnez à faire exhibitiō dudict amoureux rendu cordelier.

Interdictũ de lib. hom. exhib. mulieribus datur.

MVLIERIBVS interdictum de libero homine exhibēdo datur. l. 3. §. sed si mulier. ff. de lib. hom. exhi. quãuis ij volētem retinerent, calliditate forsan circumuentum, vel seductũ, vel sollicitatũ vt dolo malo. l. 3. §. si quis volentem.

Et de l'amener en iustice pour le contraindre à entretenir ses pre-

miers vœuz & promesses, ou y renoncer & la quitter. Et au regard d'elle ne vouloit pas empescher le sauuement de son ame. Et qu'il ne demourast religieux de l'ordre, s'il en auoit la volunté. De la partie desdictz religieux de l'obseruance fut deffendu au contraire. Et disoyent, que la demande que faisoit la dame n'estoit pas receuable. Car l'Amant religieux rendu cordelier dont est questiō, estoit ia cordelier vestu. Et auoit faict les vœuz de l'obseruance d'Amours, tous trois, esquelz vœuz d'icelle obseruance il est deffendu expressement de ne parler iamais à fēme. Parquoy dōc de vouloir cōtraindre maintenāt à le veoir, & parler à elle soubz vmbre de renuntiation n'y auoit apparēce. Et estoit trop tard de venir apres ladicte reductiō ramēteuoir &

mettre en lieu de present lesdictes alliances, promesses, & folies du teps passé. Disoyent oultre lesdictz religieux, que quand ledict amant fut rédu, & vestu de l'habit de l'ordre, ladicte dame deffenderesse y estoit pséte, & luy vit faire les vœuz. Pourquoy lors deuoit declarer lesdictes promesses, & s'opposer pour le droict qu'elle veult deduire.

Patientia consensus est. PATIENTIA verò pro consensu est, quòd ex regula iuris videatur consentire qui taceat. c. qui tacet. de regul. iur. in 6. Quod dictum certa doctrina demonstrari perdifficile: tametsi iurisconsulti recentes id multis modis & pluribus commentariis conati sint, maximè Bart. in l. quæ dotis. ff. sol. mat. Sunt etenim plures species in quibus hoc verũ sit, itidẽ aliæ, in quibus id verum non sit. Accur. verò in l. filiusfa. §. initiũ. ff. de procura. illud generale esse dicit: speciale verò vbi in iure contrarium reperiatur, vbi prius voluerit distinguere, non consentire qui taceat, quando de obligando agatur, secus de exci-

excipiendo. Illum verò consentire non aliàs dicã, quàm in speciebus iure expressis: item dissentire, quàm in aliis in iure notatis, vti etiã Bar. in l. 4. §. fi. ff. de fideiuss. & nomina. tuto. dixerit prædictum §. non vltra terminos extẽdi, sed & omnia ibi scripta esse necessaria. Nam & Paul. eum qui taceat non vtique fateri, sed tamen verum esse eum non negare dixit. l. qui tacet. ff. de regul. iuris. c. is qui tacet. eodem titul. in 6. Propius ad speciem nostram accedit, quòd pater decurionatui filij videatur consensisse, si præsens nominationi filij non contradixerit. leg. 2. ff. ad mu.

Et sembloit, soubz correction, que c'est grand abus à elle de venir maintenant par telz moyens, pour troubler ledict religieux rendu, & le metre es choses mõdaines, qu'il ha ia oubliees. Si disoyent, par ces moyens, lesdictz religieux, qu'ilz n'estoyent tenus d'exhiber ledict cordelier, & pour chose qu'õ peult faire iamais ne partiroit de ladicte

religiõ. A quoy ladicte dame pour ses replicques disoit, qu'elle ne vouloit pas le retraire hors de religion, ny le mouuoir de son entreprinse: mais requeroit seulement pour sa descharge, qu'il renonçast à la promesse qu'il luy auoit faict: & tout ce qui auoit esté faict & dict entre eulx deux, fust declairé nul & comme non aduenu. Et disoit oultre ladicte dame, q̃ cela se deuoit faire auant toute œuure: car elle vouloit obuier au danger d'Amours, qui s'en deuoit ensuyuir: & vouloit auoir enseignement de la renonciation desdictes promesses, pour monstrer qu'elle aymoit entretenir sa foy mieulx que luy, à fin qu'on ne luy en peust rien reprocher. Et au regard de ce que lesdictz cordeliers disoyent, qu'icelle dame estoit presente, quand le-

dict nouueau cordelier fut rendu, & qu'elle luy veit faire le vœuz, respõdit, Qu'il estoit biẽ vray, qu'elle y fut auec ses autres cousines & parentes: mais à la verité, quãd elle veit qu'on le deshabilloit tout nud pour le vestir en cordelier, les larmes luy vindrẽt aux yeulx à si grãde abondãce, qu'elle ne sceust que deuenir, & luy commença à soubleuer le cœur, par telle façon qu'elle s'esuanouyt en plein chapitre, & ne luy souuenoit alors d'alliance, ny de promesse. Car il n'est au mõde si grand doleur à femme, que de veoir son amy rendu en religion. Parquoy la fault excuser: & quand elle n'eust point esté troublee, si n'eust elle pour rien entreprins d'aller declairer deuant tout le mõde qu'il ne se pouuoit rendre, pour le blasme & deshonneur, qu'il en

pouuoit auoir. Et à ce que lesdictz deffendeurs disoyét en oultre, que pour rien ne le laisseroyent partir de religion, respōdit ladicte demãderesse, que par force ilz deuoyent estre contrainctz : & qu'au regard d'elle, elle estoit cõtẽte de ne parler point à luy, sinon en la presence de deux, ou trois religieux, telz qu'on vouldroit amener: mais il estoit force, que la quictance & renuntiatiõ desdictes promesses se feit en iugement: car il y auoit lettres signees de leurs mains, de l'vn & de l'autre, qu'il conuenoit rompre & casser deuant la iustice d'Amours, en concluant au surplus comme dessus. Mais lesdictz cordeliers deffendeurs perseuerans tousiours en ce qu'ilz auoyent proposé disoyent, que ce n'estoit pas raison que ledict amant rendu cordelier, vint

en iugement, ne qu'il veiſt plus ladicte dame. Primò, car ce ſeroit cõtre ſon vœu qu'il ha faict, de ne partir iamais de la religion ſans licence du general. Secundò, car par la reigle de l'obſeruance d'Amours, telle comme chaſcun ſçait, ceulx qui y ſont iamais n'en peuuent saillir, ſinon que le feu les contraigne à ce faire.

SVNT enim cauſæ tres, quibus contingentibus quis extra monaſterium ex religionis obſeruantia exit. Prima ſi illud deuratur. Altera ſi inundetur. Tertia ſi in aliud transferatur inſtruẽdorum religioſorum, initiatorũ, vel reformatorũ gratia. *Cauſæ propter quas quis exit monaſteriũ.*

Et ſõt reputez mortz au mõde, ne n'y a nul q̃ en puiſſe partir dehors, excepté ceulx qui ſont deputez à leur tour, pour aller querir la pitance, & la pourueance du conuent: & pource de requerir maintenant

par ladicte dame, que ce ieune cordelier qui ha renoncé aux ioyes, & à la pōpe du monde, & qu'il voye ce qu'il l'a cuydé faire perdre à tousiours, il n'y auoit nulle apparence. Et posé qu'icelle demanderesse fust troublee quād elle le veit aīsi vestir & entrer en la religion, toutesfois cela ne la pouuoit pas excuser: car entre le temps qu'il vint premierement d'Amours en religiō, & celuy de la redditiō, elle auoit eu bō loysir de soy venir opposer & remonstrer lesdictes alliāces & ꝓmesses. Ouyes les parties en tout ce qu'ilz ont voulu dire & alleguer, elles ont esté appoīctees à mettre par deuers la court, & au cōseil. Si ha la court veu ledict ꝓces & à grand' & meure deliberatiō auec tout ce qu'il falloit veoir en ceste matiere. Et tout veu la court dist, q̄ nonobstāt cho-

ſe propoſee par leſdictz religieux cordeliers de l'obſeruance d'Amours, ledict amoureux nouuellemẽt rendu cordelier viendra en la court de ceãs renõcer aux promeſſes & alliances d'Amours par luy faictes auec ladicte dame pour ſa deſcharge, & en aura lettre ou acte ſi bon luy ſemble. Et ſi ordonne la court, que leſdictz cordeliers ſerõt cõtrains par la preſence de leurs pſonnes, & ouuertures de leurs portes à faire exhibition dudict cordelier, & le mener en iugemẽt, pourueu toutesfois ſi bon leur ſemble, ilz luy pourroyent mettre vn bandeau deuãt les yeulx, à fin qu'ẽ parlãt ou renonçãt auxdictes promeſſes & alliãce il ne puiſſe veoir la demãdereſſe iadis ſa dame. Et au ſurplus ſont cõpaſſez les deſpens d'vn coſté & d'autre, & pour cauſe.

LE XXXVIII. ARREST.

Vn amoureux se porte pour appellãt d'vn refus que luy feit vne dame de dancer.

IA pieça vn pauure amoureux plein de dueil, pria moult vne ieune dame de dãcer auec luy, dõt elle fut refusante,& s'excusa sur ce qu'elle disoit qu'elle n'en faisoit q̃ venir. Et puis encores vne autre iournee la pria tresinstammẽt, que seulemẽt à fin qu'il ne fust mocqué, elle feist vn tour auec luy: mais cõme deuant elle n'en voulut rien faire: Disoit aussi, q̃ depuis il l'a salué par plusieurs fois,& osté son bonnet, quand il la rencontroit. Mais pource qu'elle peult bien apparceuoir qu'il l'ayme, & en est vn petit fèru, elle ne daigne parler à luy, & si d'auenture elle luy ha dict à dieu, c'est en hochãt la teste: desquelz re-

fus & desdaingz dessusdictz, le poure Amant ha appellé à la court de ceās, & releué cōtre ladicte dame, q n'y est voulu venir ne cōparoir, ains s'est laissee mettre en deux deffaultz, & ha mis tout ce que bō luy ha semblé deuers la court. Si ha la court veu lesdict deux deffaultz, & ce q a esté produict. Et tout veu ladicte court par vertu des deux def faultz a iugé audict amoureux demandeur tel proffit qu'il sensuit: c'est à sçauoir qu'il ha esté bien appellé par luy, & mal refusé par sa dicte dame, laquelle court l'a condemné à dancer auec luy, maugré qu'elle en ayt, au moins faire deux ou trois tours. Et permet ladicte court audict amant, que quand on dancera vne dance à trois de s'y bouter sans dire mot, pour faire vn tiers. Et en oultre pour ce qu'il est

en apparence que ladicte demãderesse en contemnant aucunement la court dist quand elle fut adiournee,qu'elle n'y daigneroit comparoir: & que ledict galland s'abusoit de la poursuyure, icelle court permet audict amãt de passer & repasser par deuant elle sans la saluer,ne sans luy dire à Dieu, le declairant exempt de luy faire le petit genouil en vne basse dance,& le pas de brebant,ainsi q̃ tous les autres le font: en oultre la condemnant es despés des deux dictz deffaultz, la taxatió reseruee.

Iudex sibi reseruat taxationem.

FACTA expensarum condemnatione harum taxationẽ iudex sibi, si vult,reseruat.Bartol.in l.Paulus.1.ff.de re iudic.vbi Paul.id idem Bart.in l. terminato. C. de fruct.& lit.exp. Panor.in c. sæpe. de appel.ille responso 95. Ang.Aretin.in.§.hęc autẽ.col. 4.Instit.de pœn.teme.lit.Quid autẽ si id fecerit,an possit eius successor,

Bart. in d.l.terminato. Panor. in c.nouit. col.2.de offic.delegat.Et quid ſi illud ſibi ac ſucceſſoribus expreſsim edixerit, Bar. in l.ab executore.ff.de appel. videre eſt. Vtrum autẽ id poſsit delegatus, & an eo mortuo poſsit id mandans,Bart.in dd.ll. terminato.ab executore.Ang.Aret. loco ſupradicto. Quæ omnia & plura alia in hac materia Pan.in c.1.de ſeq.poſ.ſcribit.

LE XXXIX. ARREST.

Vne bourgeoiſe requiert la reſciſion de certain appoinctement faict ſur vn differant qu'elle & ſon amy auoyent.

IL eſtoit vne bourgeoiſe, qui requeroit q̃ certain appoinctemẽt qui auoit eſté donné par les gẽs tenãs l'eſchiquier d'Amours, au profit d'vne damoyſelle ſa partie aduerſe touchãt le debat qu'ilz auoyẽt enſemble pour paruenir au deſſus fuſt reſcidé & adnullé par la court.

Et veu le plaidoyer des parties, & tout ce qu'elles ont produict, & tout veu la court dist qu'elle ne tiendra court ne congnoissance de sadicte cause & matiere: mais renuoye de rechef par deuant lesdictes gens tenant l'eschiquier qui ha commencé congnoistre, & en iuger au surplus, & y pourueoir ainsi qu'il appartiendra, tous despens reserues en diffinitiue.

LE XL. ARREST.

Vne dame contre son amy demande qu'il soit cõdemné à fuyr compaignies melãcholieuses, & que la court meist telle prouision en sa personne, qu'il deuinst ioyeux, comme il auoit esté.

EN la court de ceans s'est asſis vn proces entre vne ieune dame, & vn sien amy: disant qu'elle l'a veu le plus ioyeulx & esbatãt qu'il

pouuoit estre bien nouuellement habillé, gent, plaisant, gratieux, & aduenant à tout chascun : & tellemét qu'on prenoit plaisir à le veoir & ouyr. Et brief qui ne luy pouuoit donner luy ruoit, maintenant il est deuenu tout changé, pensif, songeart, & melancholieux.

PROPTER melancholiam seruus nõ redhibetur, verùm ex empto actio admittitur. l. 2. ff. de æd. ed. Melancholicos Aristoteles in Problematis sectione. 30. amasios dicit, in quibus multa & calida bilis sit: propterea Homerus Martem cum Venere cõcubuisse finxit, quòd Veneri phlegma, Marti bilis assignetur, quæ duæ complexiones indissolubilem reddũt amorẽ. *Melãcholicus.* *Melãcholici amãt.*

Et semble que sa vie luy ennuye au monde : car il ne tiẽt plus compte de feste ne de ioye : si l'on parle à luy il songe vne grand' piece, auant qu'il responde: en faisant semblant de penser ailleurs. Quand on

luy donne des bouquetz ou des fleurs, il les deschire toutes par pieces auāt qu'elles partēt de ses maīs. Et incontinent qu'il oyt les menestriers ou le tabourin, les larmes luy viennent aux yeulx, & ne faict que souspirer. Si on parle à table de propos d'Amours, il tourne le propos à parler de la mort, ou de quelque vieille histoire qu'il va querir bien loing, pour l'amener à propos, il ha froid quant il faict chauld, & quant il faict froid il ha chauld.

Amantium aliquæ partes frigescunt, nonnullæ calidæ sunt.

ALEXANDER Aphrodisæus lib. I. Prob. quare horum qui ament postremæ partes nonnullæ frigescāt, aliquæ verò calescāt rationē affert. Quòd scilicet quum desperent re cupita se potituros, calor insitus cum natura ad profunda se cōtrahit, vnde oporteat extrema frigescere, vnde amantes pallidi sint, necesse est: quod etiā comprobat Naso in 4. Metam. Palles, facit hunc amor ipse colorem. Quod cōtrà

est in his qui spem bonam gerunt, vt calor ad cutem se diffundat.

Et en effect maintenant on ne se congnoist plus en luy, dont chascun s'esbahit : & pource que ceste dame ha interest qu'il viue longuement, & qu'elle est courroucee de tout son cueur, si par melancholie ou desplaisance iceluy amant auoit autre chose qu'à point, elle requeroit qu'il fust condemné à laisser toutes compagnies melancholieuses. Et qu'au surplus la court meist telle prouision en son faict, qu'il reuinst & retournast en son premier poinct, & premier estat. De la partie du poure amant tout malade fut deffendu au contraire : & disoit qu'au seruice d'Amours, il falloit auoir beaucoup de peine & de trauail, auant qu'on y soit aduancé.

Amoris pœna.

AMANTIVM ærumnas tum ex oratoribus atq; historicis, tum etiam poetis priscis, multisq; autoribus suprà duobus locis, scilicet aresto 6. & 25. congessi. Hîc verò è neotericis nõnulla conferam, quæ à me ideo diuersis in locis seiunctæ sunt, ne lectorem hac vna tantùm re vno in loco onerem, in quibus struẽdis accumulandisq; longior fui, quàm par sit: verùm, ò bone lector, in his illa quidẽ ratione amplior fui, quãdoquidem nõ minimam rem proculdubio facturus sim, si ab his te deterream, arceamq;, cũ certè nulla res doctis, literisq; incumbentibus perniciosior sit. Sed ad rem ipsam deueniamus, & Baptistam Pium Bononiẽsem primum modò testem audiamus:

Cærula quot pisces, quot Lesbia terra racemos,
Mascula quot tellus thura Sabæa parit:
Plumiferas quot habet volucres agitabilis aër,
Gargara quot messes, vina Falernus ager:
Tot Venus aduersis miseros contorquet amanteis,
Spicula tot nostro pectore figit amor.

Faustus

Fauſtus in Liuia:

Non amet, aut diſcat duros tolerare labores,
Optati compos qui velit eſſe ſui.

Audi aliũ teſtem Pamphilum Saxum:

Horam temporis haud beatus vnam
Candenti valeo notare gemma.
Iactatus variis miſer procellis,
Huc illuc, veluti leuis carina,
Ventos quum tumida ferus cauerna
Cunctos Aeolus impulit furenteis,
Pulſat me Venus impudica cæſto,
Exurit calidis proterua flammis.
Aſtringit laqueo, fodit ſagitta,
Tundit, dilacerat, quatit, trahitq;.
Si ſyluas peto, poſcit illa ſyluas,
Si fontem, liquidas natat per vndas,
Si pontum, leuat & premit rudentes,
Temonem moderatur, & gubernat.
Si Martem ſequor, induit cruentam
Loricam, caput horridum Meduſæ.
Semper deniq; quo graui dolore
Cogar ducere, fletibusq; vitam
Ingratam miſeris, it & moratur,
Quò greſſus ago, qua moror vel ora.

Idem lib. 2. epigr.

Aſpice qui Veneris laſciuũ numẽ adoras,

Qui colis aligeri tecta superba Dei,
Aethnęis veluti scintillat flāma caminis,
Ferrea Vulcani quū quatit arma faber,
Vtq; leues stipulæ latis vruntur in agris,
Quū grauis accēsos adimat aura focos.
Viscera flāmatis exardēt nostra medullis,
Corq; meum sæuo cogitur igne mori.
Quódq; tuis spectas oculis miserabile vulnus,
Hoc mihi pollicitis intulit acer amor.
Inter lachrymulas semper miserósq; dolores
Vulnera, tela, faces, viuere quæris? ama.

Benedictus Iouius:

Dic mihi quid sit amor, pessum quo cūcta feruntur:
Pondus amor meus est, nil nisi pondus amor.

Apollonius dicere solebat hoc vnū amare, scilicet non amare.

Bartholomæus Platina ad Ludouicū Stellam dialogum in amores scripsit.

Et n'y ha iamais vne ioye, qui ne couste cent douleurs.

Amor amara dat. AMOR enim amara dat, & dulcia.

Plaut. in Cistellaria:

Nam ecastor amor & melle, & felle est

fœcundiſsimus:
Guſtu dat dulce, amarũ ad ſocietatẽ vſq;
aggerit. Et in Trinummo:
Quãquã illud eſt dulce, & eſſe, & bibere,
Amor amara dat. Mart. ad Iulium:
Gaudia nõ remanent, ſed fugitiua volãt.
Pius in ſecundo:
Nulla Ven' cuiquã faciles ita ꝑbuit ignes,
Vt non oſtento melle venena daret.
Fauſtus in Liuia:
-Triſti gaudia felle madent.

Et pource de s'y trop amuſer n'eſtoit pas bon, & auſsi de preſent il n'en chault gueres aux dames, ains ne s'en faict on q̃ mocquer. Et ſont les loyaulx touſiours les plus douloureux: parquoy ny auoit pas grand regret. Oultre diſoit, que des gens on ne tient compte, ſinon de l'argent.

Amãtes pecunioſos eſſe oportere.

AMANTEIS pecunioſos eſſe oportere, ſequentibus manifeſtũ eſt. Salluſt. in Catil. Erat ei cũ Fuluia nobili muliere ſtupri vetus cõſuetudo, cui cùm min' gra-

tus esset, quòd inopia minus largiri poterat. Ab Homero & Hesiodo Venus aurea dicta est, quòd amor auro concilietur: cui lucus in Aegypto, inquiente Iustino Martyre in suo ad gentes admonitorio, & Eusebio lib. 10. c. . de Præparatione Euangelica, dicatus est. Cyprus propterea illi sacra fuit, vt scribit L. Florus lib. 3. quòd hęc insula veteribus diuitiis abundaret. Et Iouem imbre aureo in sinum Danaes venisse fingunt poetæ. Seruius verò dum hæc interpretatur: Quam diues pecoris, &c. tria esse dicit, quibus potissimum amatores placent, diuitias, pulchritudinem, & cantilenam. sed nunc ad poetas.

Plaut. in Persa:

Qui amans egens ingressus est princeps
in Amoris vias,
Superauit ærumnis suis ęrūnas Herculis.

Et idem in Curculione:

Aedepol qui amat, si eget, misera ærumna afficitur.

Terent. in Eunucho:

Necesse est multum accipere Thaidem,
Vt tuo amatori suppeditare possit.

Horat. ad Municium:

At bene nummatum decorat suadela Ve-

nusq;. Soranus.
Est ingrata Ven⁹ tristis quē vexat egestas.
In eandem rem hoc epigramma Græcū est, in quo amica Sosicratem ex amore mendicum non agnoscit:
Ηράσθης πλουτῶν Σωσίκρατες. ἀλλὰ πένης ὤν
οὐκ ἔτ' ἐρᾷς. λιμὸς φάρμακον οἷον ἔχει.
Η δὲ πάρος σε καλοῦσα μύρον καὶ τερπνὸν ἄδωνιν
Μηνοφίλα, νῦν τοι τοὔνομα πυνθάνεται.
Τίς; πόθεν εἷς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις, ἦ μόλις ἔγνως
Τοῦτ' ἔπος, ὡς οὐδεὶς οὐδὲν ἔχοντι φίλος;
Pius sic Latinè vertit:
Diues amas, Veneris solita non lampade ferues
Pauper, habet tenuis pharmaca quanta fames.
Te vocat ante rosā, calidū te dicit Adonin
Pāthea, nūc nomen vix tenet illa tuum.
Vnde? Quis es hominū? quænam tibi patria? nostin
Verba miser, tenues null⁹ amicus amat?
Bap. Mantuanus Aegl. 3.
Mittere mala decē satis esse solet amāti,
Purpurei flores, & raptus ab arbore nid⁹.
Gramen odoriferum, memini quo tempo

re magnæ
Credebantur opes, ventum est à gramine
ad aurum.
Regia res amor est hac tempestate.

Et à ceste cause il auoit deliberé en soy mesmes, de laisser & abãdonner du tout Amours, & de recouurer & gaigner le temps qu'il auoit perdu.

Tempus tacitè labitur. TEMPVS enim tacitè labitur, & eo velocius q̃ perpendimus, dũ bibimus, epulamur, dormimus, ociamur, nec vltrà reuertitur. Cicero in Catone maiore: Et horæ quidem cedunt, & dies, & mẽses, & anni; nec præteritũ tempus vnquam reuertitur, nec quid sequatur sciri potest.

Ouid. in 10. Metamorph.

Labitur occultè, fallitq; volubilis ætas
Et nihil est annis velocius.

Idem lib. 5. Fast.

Tpa labũtur, tacitísq; senescimus annis,
Et fugiunt fræno non reuocante dies.

Michael Varinus:

Tolle moras, volucres mẽses, labũt & ãni:
Vltima sit nescis quando futura dies.

Hieronymus Balbus ad Iuliam:

Hora fugit volucris, celeri pede labitur
ætas:
Lapsaq; non remeat.
Faustinus Biturinus in Corycianis:
Labuntur volucres,& anni
Nec quæ transilit redibit hora.
Cuius quidem perditionē nemo recuperare potest,nec cuiusque rei maior iactura est. Vergil.in 3.Georg.
Sed fugit interea,fugit irreparabile tempus.
Theophrastus,vti in eius vita scribit Laërtius,semper in ore illud habebat:
Sumptus preciosissimus tempus est.
Zeno,vt idem author est,dicebat nullius nos rei maiorem inopiam perpeti,q̃ temporis.Et idem aiebat Nicolaus Horius in Gratulatore:Et nil temporis perniciosius iactura Faustus vna epistola disseruit.
Et Stroza pater.
Tempore vix homini quicquam preciosius illo,
Si rectis fruimur sensibus,esse potest.
Quod etsi cuique homini tale existimari debet,tum præsertim viris literatis,& his qui ipsis literis operam dant,quum nullius scientiæ atque artis finis sit,tum etiã

propter ipſarum diſciplinarum communionem, & encyclopædiam: tum maximè iuriſperitis, propter ipſius ſcientiæ, vt apud antiquos iuriſconſultos videre eſt, cũ cæteris concentum & cõſenſum, ac illius ingentem voluminum ſtruem, qua nulla alia ſcientia magis premitur.

Combien qu'il ne ſeroit iamais, qu'il ne louaſt & exaulçaſt: car certes tous biens en viennent. Et ne vauldra iamais rien vn homme, quel qu'il ſoit, s'il n'a aucunement eſté amoureux en ſon temps.

Amorũ authores. SERVIVS Honoratus in carmine illo: Ipſe ego cana, &c. infamię genus fuiſſe iuuenibus Cretenſibus, non fuiſſe vnquam amatos, ſcribit. Et Plinius in Panegyrico iucundiſſimum in rebus humanis amari, ſed non minus amare eſſe ait. Horatius ad Neobulẽ: Miſerarum eſt neque amori dare ludum. Plautus in Mercatore: Humanum amare eſt. Natura quidẽ, vt Bartholomæo Pontifici Anto. Panormita. ſcribit, in amore procliues ſumus. Et Baptiſta Mantuanus, nos inſaniuiſſe

omnes ſemel dicit: & ipſum cucullatū inſaniuiſſe eius opera oſtendunt. Longum foret, & magis laboris quàm ingenui ſcriptoris, tantùm etiam quorum memoria monimentis conſtat, hos qui exarſerint commemorare. Quòd ſi tamen illorū cupido te detineat, ex his multos penes Fr. Petrarcham in Amoris triumpho, & Mariam Equicolā libr. 5. & Polyphilum poſt triumphorum deſcriptionem, & Ioann. Menam in 3. ordine videre poteris. Hîc verò referre ſolū lubet illos, qui ſcriptis etiam populo ſuas ineptias patefecerint, quod genus ſcriptorum nec Græcos modò ac Latinos, nec vulgares omnes cuiuſque nationis, verùm nec philoſophos ipſos, qui ſapientiam profitentur ipſam, à qua & ipſi nomen ſumpſerunt, qui diuitias, & corporis cruciatus, vt Stoici contemnunt, non prӕterit Antonius Iulianus apud Gellium lib. 19. cap. 9. in conuiuio Tuſculano, quādo iam decantata eſſent Anacreontis metra à Græcis pluſculis laceſſitus, inſectatuſque eſt, quòd eius linguæ exercitationes doceret, quæ nullas voluptates, nullamque Veneris dulcedinem ac muſæ haberent. ſed ad rem

Plato. reuertamur, & ab ipso Platone diuino philosopho incipiamus, de cuius amore in Archænassam suprà dictum est, quam adamasse & Agathonem Diogenes scribit, nunc verò infandos illius in pueros hoc authore amores commemoremus, de quibus etiam Gellius lib.19. cap.11. & Macrobius lib.2.cap.9. Saturna. eius hæc carmina esse dicuntur:

Τὴν ψυχὴν Ἀγάθωνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον
ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων, ὡς διαβησομένη.

Quæ & alia Gell. licentius atque liberius vertit:

Dum semihulco suauio
Meum puellum suauior,
Dulcemq; florem, spiritus
Duco ex aperto tramite,
Anima ægra & saucia
Cucurrit ad labia mihi,
Rictumque oris peruium,
Et labra pueri mollia
Rimata itineri transitus
Vt transiliret, nititur.
Tum si moræ quid plusculæ
Fuisset in coitu osculi,
Amoris ignis percita

Transiſſet, & me liqueret:
Et mira prorſum res foret,
Vt ad me fierem mortuus,
Ad puerum intus viuerem.

De eo Stroza pater:

Pectora quin etiã magni incaluere Platonis,
Cuius tã celebri carmine notus amor.

Meleager ſuis carminibus amores in Zenophilam teſtatus, cuius hoc epigramma tranſtulit Iacobus Conſtantius, cuius Lẽma eſt, de ſimulachro amicę, ſibi donato: *Meleager.*

Quis mihi Zenophilam formauit penè loquentem?
De tribus atque vnam quis tulit huc Charita?
Gratia in hoc opifex opere eſt gratiſſima, quando
Dona ferens ipſam das Charin in Charite.

De Ariſtide ſic Naſo in 2. de Triſt. *Ariſtides.*

Vertit Ariſtidem Giſena, nec obfuit illi
Hiſtoriæ turpes inſeruiſſe iocos.

Porcij Lucinij hoſce refert verſus Gellius li. 19. c. 9. eius & Pamphilæ amoris teſtes: *Porcius Lucinius.*

Dicere quum conor curam tibi Pamphila cordis,

Quid mi abs te quæram? membra labris abeunt,
Per pectus miserum, manat subitò mihi sudor,
Si tacitus, subitus, duplo ideo pereo.
Item & alios:
Qui fabulam præfers Phileros, qua nil opus nobis,
Ibimus, hîc lucet pectore flamma satis.
Istam nec potis est vis sæua extinguere venti,
Aut imber cælo candidus præcipitans.
At contra hunc ignem Veneris, nisi Venus ipsa,
Nulla est quæ possit vis alia opprimere.

Caluus. Eodem loco idem meminit Valerij Aeditui, Memmij, Neuij, Cinnæ, Calui, qui Quintiliam coluit, inquientibus Propertio, & Ouidio. ille:

Hæc etiã docti confessa est pagina Calui
Cùm caneret miseræ funera Quintilię.
Hic:
Profuit exigui similisque licentia Calui
Detexit variis qui sua facta modis.

Tinda. De Memmio, Tinda & Cinna hic.
Mẽmius. Quid referam Tindæ? & alibi:
-Quid? Memmi carmen apud quos

Nomẽ adest. reb⁹ nominibusq́; pudor.
Cinna quoque his comes, Anser, Cornificus, Cato, Metellus, Hortensius, Seruius amauerunt, & amores suos cecinerunt, vt idem author eo loco ait: *Cinna.*
-Cinnaq́ue procacior Anser. *Anser.*
Et leue Cornifici perq́; Catonis opus: *Cornific⁹*
Et quorũ libris modò dissimulata p illos *Cato.*
Nomine nũc legitur dicta Metelle tuo. *Metellus*
Is quo Phasiacas Argõ qui ducit in vndas
Non potuit Veneris furta tacere suæ.
Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Serui *Hortensius.*
Carmina, q dubitet nomina tãta sequi. *Seruius.*
Hortensij Gellius loco supradicto meminit. Horum nihil apud nos superest. Vergilius amauit Lydiam, de qua ipse amator in Diris: *Hortensius.* *Vergilius.*
-Non vlla puella
Doctior in terris fuit ac formosior: acsi
Fabula non vana est, tauro, Ioue digna & auro.
Idem Phyllida, & Amaryllida Naso:
Phyllidis hic tenerę́q; Amaryllidis ignes,
Bucolicis iuuenis luserat antè modis.
Cornelius Gallus Cythereidem meretricem P. Volumnij libertam scribente in Aeglo. fi. Seruio, cuius amores libris qua- *Cornelius Gallus.*

tuor exarauit, hanc ficto nomine Lycorida vocitauit, quæ eo spreto Antonium in Gallias proficiscentem secuta est: quẽ ob hoc consolatur Vergilius: Tua cura Lycoris Perq; niues alium, perque horrida castra secuta est. Propert. de ea sic:

Et modò formosa quàm multa Lycoride Gallus,
Mortuus inferna vulnera lauit aqua.

Iuuenis Aquilinam qua nõ potitus est, vt ille fatetur, pòst Candidam prosecutus.

Catullus. Catullus iudicio A. Gellij elegantissimus poëtarum Clodiam sub Lesbiæ nomine dilexit, quod indicat Ouidius:

Sic sua lasciuo cantata est sæpe Catullo
Fœmina, cui falsum Lesbia nomẽ erat.

De illa Propertius:

Hæc quoque lasciui cantarunt scripta Catulli
Lesbia queis ipsa notior est Helena.

Tibullus. Is etiam Ipsithillam amauit cultus Tibullus Deliam & Nemesim celebrauit: hanc autẽ alij proprio nomine Phaniã vocitatam fuisse dicunt. De qua ipse amator.

Vsque cano Nemesim sine qua versus mihi nullus:
Verba potest iustos aut recipere pedes.

Martialis:

Vssit amatorẽ Nemesis lasciua Tibullũ:
In tota iuuit quem nihil esse domo.

De ambabus Ouidius sic:

Sic Nemesis longum, sic Delia nomẽ habebit,
Altera cura recẽs, altera primus amor.

Propertius Cynthiam & arsit, decantauitque: hæc vero nomine Hostia vocata est: de qua idem: *Properti.*

Cynthia q̃n etiã versu laudata Properti,
Hos inter si me ponere fama volet.

Meminerat prius Catulli & cæterorum Martialis in Apophoretis:

Cynthia facũdi carmẽ iuuenile Properti
Accepit famam, nec minus ipsa dedit.

Ouidius Corynnę suę & plurium amores commendauit. De his verò hæc Martialis lib. 8. ad Instantium: *Ouidius.*

Cynthia te vatem fecit lasciue Properti,
Ingenium Galli pulchra Lycoris erat.
Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli
Lesbia dictauit docte Catulle tibi.
Nõ me Pelign⁹, nec spernet Mãtua vatẽ,
Si qua Corynna mihi, si q̃s Alexis erit.

Horatius Lydiam & Chloën decantauit. *Horatius*
Ingens subsecuta est neotericorum turba

Io. Pōtanus. inter quos Ioannes Iouianus Pontanus, inter eos qui suas nequitias descripserūt inconstantior, nescio an ea Neapolitanorum natura sit, an Baiæ in causa sint, ad quas lasciuiæ causa, non è regno solū, sed ex omni Italia confluunt homines. Adamauit enim Fanniam etiam vxoratā, Gellianam, Medullianam, Phyrnem, Glyrā, Cinnamam, Stellam, quibus omnibus nomina imposuit, vt carminib⁹ suis facilior via daretur. *Marullus* Michaël Tarconita Marullus Philippi Beroaldi iunioris pręconio satis laudatus, Neæram post Martis castra inter sua epigrammata celebrauit, solertiam Græcorū effigiatus, à quibus & ipse multa accommodauit. De illa hoc eius tale epigramma est:

Salue nequitiæ meæ Neæra,
Mi passercule, mi albe turturille,
Meum mel, mea suauitas, meum cor,
Meum suauiolum, mei lepôres,
Téne viuere ego queam relicta?
Téne ego sine regna, te sine aurum
Aut messes Arabum velim beatas?
O prius peream ipse, regna, & aurum.

Hieronymus Angerianus. Hieronymus Angerianus amores suos lusit, canitq; Cæliam, plura à Græcis, vt ille

ille accepit, facilior tamen huius interpretatio est. Elisius Calentius ignes in Aurimpiam Phormianam ingeniosè & facili versu descripsit, de qua sic ille: *Elisius Calentius.*

Dij voluere vt amem te Aurimpia, carminibus te
Perpetuam fieri dij voluere meis.
Et alibi:
Fortunata pio mulier dilecta poëtæ,
Noscere Castalias ausa puella deas.

Titus Stroza Anthiam celebrauit, quæ vt ait Hercules filius: *Titus Stroza.*

Anthia per Latium celeri volat Anthia fama
Per Lybiæ Syrtes, perque Othryos alta niuosi. Et alibi:
Dum fluet Eridanus patriæ prope mœnia nostræ,
Anthia nota mei voce parentis erit.

Amores autem illius in Phylloroën cõmutauit, vbi iuuenẽ è domo illius exeuntem conspexisset, vt his exprimit:

Vbi nos malefida reliquit
Anthia, succedit candida Phylloroë.
Idem filius:
Pòst vbi falsa fidem, iuràtaque numina læsit

Anthia, Phylloroë nullis subit illita fucis,
Moribus & facie magnis æquāda deab⁹.
Eo authore tale est eius epitaphium:
Qui legis hæc, legito summissius, excaue quæso
Nympham vllo turbes, quæ cubat hîc, strepitu.
Viuere credibile est, placidóque quiescere somno
Phylloroën, quæ nō digna mori fuerāt.
Non caruit eodem furore filius, vt ostendunt duo eius libri, in quibus in Cæliam insanias patefecit, tametsi Taurellam duxerit. Ioan. Antonius Campanus Iteramni episcopus Dianam amauit, cuius formam epigrammatibus & elegiis celebrauit: dilexit etiam Syluiam, cuius tale est epitaphium;

Hercules Stroza.
Io. Antonius Cāpanus.

Syluia formosas inter referenda puellas
Hîc iaceo, charo contumulata viro.
Campanus iacet hîc mecum, cui carminis artem
Et facile ingenium, materiamq; dabā.
Vita duos olim tenuit concorditer vna,
Vna quoq; extinctos occulit vrna duos.
Cecinit etiā Surianam, cui contigit, quod amāti euenire solet, vt dum plures amet,

minus integrè. Sic etiã quũ hic plures canat eas, tamẽ minus furiosè. Pamphilus Saxus Syluiæ suæ in epigrãmatibus mentionẽ facit: prætereo illius in Lydũ puerũ nefandos amores, quos tam aperto carmine fatetur. P. Faustus Andrelinus Liuiã deamauit, sub cuius nomine quatuor libris amores descripsit. Illius meminit Sabellicus de Reparatione linguæ Latinæ. Ioan. Baptista Pius Chlorim etiã vxoratã, vt ille ait, post Syluiam elegidiis decãtauit, versu potius docto quàm facili, & affectato, vt est etiam in pedestri oratione. Hieronymus Balbus Iuliã mira facilitate cecinit. Philippus Beroaldus Panthię suę ardores paucis laudauit, magis ad carmẽ, si paulò in eo feruentius insudasset, quàm ad solutam orationem natus. Camillam coniugem pluries satis vxoriè laudauit.

Pãphilus Saxus. *P. Faustus Andrelinus.* *Io. Baptista Pius.* *Hieronymus Balbus.* *Philippus Beroald⁹*

De Panthia sic Quintianus:

Panthia defuncto cecidit tua forma Philippo

Iã tuus obscuris est amor in tenebris.

Lãcinus Curtius originẽ à Romano Curtio repetens, duas vxoratus amauit, scilicet Luciam Monychinã sex lustris, quam toties mortuam vt viuam coluisse fassus

Lancinus Curtius.

est, & Blancam Elyssam, cuius concubitu se fœlicem dicit: hāc solam epigrammatibus paucis decorauit, illam verò & syluis: ambas tamen absque lepôre, licet ingenti opere. Philippus Vagnonus miles Hierosolymitanus, & aulicus Lunam nō multis decantauit, occupatus ad saltus & choreas describendas, vt sunt aulici & nobiles ad illarū actus detēti. Pacificus Maxim⁹ hecatelegio amores descripsit suos: duas amauit, Hippolytā & Martiā, vt ipse in duobus suis epitaphiis testatus est.

Philippus Vagnonus.

Pacificus Maxim⁹.

Pacificus iacet hîc, genus est quod mortis? amauit
Hippolytam, causas hæc dedit, ille manus.

Alterum est:

Pacificus iacet hîc gemino corruptus amore,
Quem quas dilexit sustinuere mori.

Domicus Palladius Soranus amasiā Calliopeam nō pluribus celebrauit: cuius tamen carmina nec Pallas, nec Calliope nihili facient. Lydius Cattus iuriscōsultus plura, etiam rhythmos in Lydiæ amores edidit, & eorū ordinariā litē, quū ille huic cor cōmodasset, vt basia duo suggeret intra paucos dies redditurum, quod illa ca-

Domicus Palladius Soranus.

Lydius Cattus.

lumniatur. Valerius Sermonetanus etiã iuriſconſultus Portiã arſit:ambo tamẽ ſine furore poëtico,ille tamen doctior.Frãciſcus Senanus Picam amicã paucis tam vulgaribus,quàm Latinis decorauit, tantum enim abeſt vt inter poëtas recipiatur bonos,vt Muſæ à picis ſuperarentur. Inſaniuit in Cytherim Bartholomęus Crottus preſbyter nõ ſine diſſidio,vt ſunt ſemper illorum in focarias amores diſſidentes,quòd capitalibus illã proſecutus ſit. M. Antonius Flaminius Septimilæ ſuę furores paucis demõſtrauit.Nicolaus Aſclepius in epigrammatibus Aeliæ amicæ parum & frigidè meminit.Bernardinus Bocatius Annam incultis paucis celebrauit. Georgius Anſelmus Nepos inſolẽs amator 32.pluréſve dilexit , quarum catalogum referre longum eſſet:vnã tamen Peplin cæteris prætulit,Maryllæ licet baſia magis affectauerit. Harum verò omniũ ne quidem ſolam ſuis metris victuram exiſtimo.L. Aurelius Augurellus Glycerem paucis cultiſque cecinit.Ioan.Rauiſius Textor Damiſellam ſuam celebrauit,quæ maiora in tempora victura erat, ſi huic non tam intempeſtiuum exitium

Valerius Sermonetanus.
Frãciſcus Senanus.
Bartholomæus Crottus.
M. A. Flamini⁹.
Nic. Aſclepius.
Ber. Bocatius.
Georgius Anſelmus Nepos.
L. Aurelius Augurellus.
I. Rauiſius Textor.

Caspar Velius. fuiſſet. Caſpar Velius Cinnamã, Candidã Gelaſinam, Gallam, ſupra tamen calorem poëticum, quòd Germanus, quas aliquot *Salmoni⁹ Macrin⁹* epigrammatibus luſit. Salmonius Macrinus Gelonidẽ caſto amore, vt decet vxorem, cecinit, & eo honeſtius, quàm vt deceat corruptos amores, præcipuus ab Horatio, qui hoc genere carminum amores aliaq; deſcripſerit, quẽ ego cum omnibus ſupradictis conferre velim, & multis anteferre. Fuere ex Italis plures qui rhythmis vulgaribus amores ſuos in publicum omnibus legendos emiſerint, inter quos *Fran. Petrarcha.* Fran. Petrarcha, is Lauram adamauit, viuam mirum in modum laudauit, mortuã verò amarè, flebiliter plãxit. Ea enim fuit è oppido Grauefſo, quod Galliæ Narbonenſis eſt. Alexander tamen Vellutellus natam Cabreriis affirmat, ex eius enim vulgaribus operib⁹ plus laudis apud ſuos conſecutus, quàm ex omnibus ſuis Latinis apud omneis, vt palma à ſuis huic detur: etſi plures hunc in eo carminis genere præceſſerint, neque vllus poſtea inuentus eſt, qui eũ ſuperauit, nedum æquauerit, quem etiam in eo carmine imitãdum *Dantes* fore Augurellus cenſet. Ante eum Dãtes

Aagherus toto suo opere in Beatricẽ amores ostendit, maximus etiã inter suos. Cinus Siluagiam, Venturinus de Venturinis Flaminiã, Franciscus Ceius Clitiam celebrarunt. Fuerunt etiã ex his qui prosa vulgari id fecerint, inter quos vero doctior frater Frãciscus Colōna, cognomẽto Polyphilus, qui Poliã suam illã omniũ disciplinarum doctissimam interpretatricem, ac omnium artium officinam instructissimam exornat. Hanc enim plurimis epithetis honestat, vocitatque Chrysocomam, Isotrichechrysiam, myropoliã, Isochrysiam, diuigenam, miarchiatricẽ, gleneam, diocleam, calliphocomam, xãthotricham, eutrapelelam, sospitatricẽ, prophileam, cosmodeam, vrotiothiam, pyrrotricham, polyzelam, abrodiętam, acrocomam, callitrichã, animæ suæ dulcẽ Ianistam, philaretam, eupathiam, de qua sic Andręas Maro:

Aagherus.
Cinus.
Venturinus.
Fr. Ceius.
Frã. Colona cognomento Polyphilus.

O quàm de cũctis fœlix mortalib⁹ vna es
   Polia, quæ viuis mortua sed melius:
Te dũ Polyphil⁹ somno iacet obrut⁹ alto
   Peruigilare facit docta per ora virum.

Iacobus Cauiceus ob Geneurã ęrumnas, diuersarũ regionũ lustrationes, & ægros

Iac. Cauiceus

labores, doloresque, infernorum aditus, vt rectè peregrinus vocitatus sit, vno opere perscripsit. Sunt & aliorum vulgarium authorũ opera amatoria, vt Francisci Barberini, Ioãnis Lupi, Senuncij, Bimicij, Frãcischini Bisij, Reminucij, Guidonis Caualcanti, Seraphini. Nulla enim gens frequẽtior, procliuior ad describendũ amores, quàm Hispanorum. Omnes enim illorum bibliothecę his libris refertę sunt, quos cõpitatim & per pergulas venales exponunt, scatent omnes villanicis amatoriis. In his enim exercent illorum idioma, quod Romãsum vocant, vt ex eo plus honoris consequi arbitrẽtur, quàm ex lingua Latina. Sic itaq; fit vt pauci Latini apud eos sint, eorũ tamen pręcipuus poëta

Ioannes à Mena. Ioannes à Mena in ordine.3. qui Veneri inscriptus est, vnum tantũ amatorẽ Hispanum, videlicet Maciam refert, etsi nulla alia gẽs ad amores velocior sit. De amore Græcorum monimenta plena fuerunt. Alcęus & Anacreõ authore Cicerone in 3. q. Tuscul. de amore libros scripserunt. Philosophi plures, Simon & Atheniensis Speusippus vnũ, Xenocrates duos, Demetrius Phalereus vnum, Aristoteles vnum,

Theophrastus aliũ, Heraclides Põticus, Antisthenes Atheniensis, Diogenes, Zeno Stoicus, Aristo, Cleantes, Spherus dialogos amatorios & Epicurus, vt in illorũ vitis scribit Laërtius, & Italicè Maria Aequicola. Omnes enim regiones Cupidinis aculeos senserunt, variè tamẽ. Amant enim Itali desperatè: huius rei testes sunt desperatæ ab his memoriæ mandatæ: insaniunt sæpe, vt sese homines nesciant, & nihil inausum pro amica relinquant. Hispani lamẽtabiliter deamant. Solis enim cantilenis, & suspiriis amicas flectunt, cũ quibus ad fores pernoctant, nullis muneribus prosequuntur. Ea enim gens omniũ auarissima est: fingũt omnia. Germani & Britanni, & quicquid reliquũ Septentrionis est ob soli cœliq́ue intemperiem non ita feruenter amãt: amoris verò ignis vis frigore minuitur. Solis Gallis verus inest cum comitate, pulchritudine, muneribus ac elegantia amor.

Mais il en y ha les vns plus malheureux que les autres. Et quant est des mauuaises taches & melãcholies qu'on luy mettoit sus: & aussi

de ce qu'on disoit qu'il estoit songeard & melãcholieux, respondit qu'il falloit que la maladie prĩt son cours. Et que maintenant il ne sçauoit prẽdre plaisir, sinõ à estre tout seul pour contẽpler le temps passé, & celuy qui viendra. Et ne vouloit plus ouyr parler d'Amours : car c'est chose cõtraire à ceulx qui s'en veulent oster. Mais au surplus il remercyoit sadicte dame treshaultement de la bonne volunté, qu'elle auoit deuers luy, en requerant à la court congé & licence de le laisser departir d'Amours. Mais sadicte dame disoit en replicquant, qu'il n'en deuoit point auoir : & que la court, qui est souueraine, y deuoit pourueoir, veu qu'il estoit digne de exaulcer vne fois la foy d'Amours pour les grãs biens qui estoyent en luy : & ne falloit point qu'il se sou-

ciaſt d'argent,ne de biens du monde:car s'il viuoit, & Dieu luy donnaſt ſanté,il n'en auroit que trop: auſsi n'eſtoit il pas encores en aage de ſe chagriner,& en y auoit bien d'autres qui ſe ſouciẽt pour luy. Diſoit oultre ſadicte dame,que le fondement de la penſee de luy n'eſtoit qu'vne fantaſie,& qu'il y auoit dãger,veu ſa cõplexiõ qu'il ne luy en fuſt du pis. Mais ledict amoureux diſoit pour ſes duplicques qu'il ne luy challoit plus de rien. Et aymoit autant mourir que viure, veu que tant plus on va en auant en ce monde,tant plus y ha lon de peine. Diſoit oultre qu'il vouldroit bien eſtre ioyeulx, mais perſonne qui vient à ſoing ne le peult eſtre.Brief vouldroit ia eſtre en paradis: car quand il luy ſouuient des ioyes,& des grans ſolies du temps paſsé

il n'a point de ioye ny de bien ny ne se peult tenir de plorer. Ouyes lesquelles parties en tout ce qu'elles ont voulu dire & proposer, elles ont esté appoinctees en droict, & au conseil. Si ha la court veu finablement ledict proces bien au long, auec tout ce qu'il falloit veoir en ceste matiere. Et tout veu & consideré, la court ordonne, que ledict amoureux sera mis aux herbes, & tenu de demourer aux iardins comme poure prisonnier, par l'espace d'vn moys, à fin qu'il voye toutes les belles fleurs & verdure pour le resiouyr.

Hortus delectat. DELECTAT enim hortus. Vergil. in hortulo:
